Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Biblia, lat

Menardus <Eisnacensis>

[Basel], 8. Sept. 1477

Regvm Qvartvs

urn:nbn:de:bsz:31-295433

Visual Library

Reuaricatꝰ eſt aūt moab
in iſrahel: poſtq̄ mortuus ē
achab. Ceciditq; ochozias
ꝑ cācellos cenaculi ſui. qḋ
hēbat in ſamaria et egro-
tauit: miſitq; nūcios dicēs
ad eos. Ite ꝯſulite beelzebub deū acharō:
vtrū viuere queā de infirmitate mea hac
Angelus aūt dn̄i locutꝰ eſt ad heliā theſbi
ten dicens. Surge et deſcēde in occurſum
nūciorū regis ſamarie: et dices ad eos Nū
quid nō eſt deꝰ in iſrl̄. vt eatis ad ꝯſulēdū
beelzebub deū acharon: Quāobrem hec di
cit dominus. De lectulo ſup quē aſcendiſti
nō deſcendes: ſed morte morieris. Et abijt
helias: reuſiq; ſunt nūcij ad ochoziam. Qui
dixit eis. Quare reuſi eſtis: At illi rn̄derūt
ei vir occurrit nobis: ⁊ dixit ad nos. Ite re
uertimini ad regē qui miſit vos: et dicetis
ei. Hec dicit dn̄s. Nūquid q2 nō erat deus
in iſrl̄ mittis vt ꝯſulatꝰ beelzebub deꝰ acha-
rōn: Idcirco de lectulo ſup quē aſcēdiſti nō
deſcēdes: ſed morte morieris. Qui dixit eis
Cuiꝰ figure et habitꝰ eſt vir ille qui occur
rit vobis: ⁊ locutꝰ eſt verba hec: At illi dixe
runt. Vir piloſus: et zona pellicia accinctꝰ
renibꝰ. Qui ait. Helias theſbites eſt. Mi-
ſitq; ad eum qn̄quagenariū ꝓncipē: ⁊ quin
quaginta q̄ erāt ſub eo. Qui aſcendit ad
eum: ſedentiq; in vertice montis ait. Homo
dei: rex ꝑcepit vt deſcendas. Reſpōdēſq; he-
lias. dixit qn̄quagenario. Si homo dei ſū:
deſcendat ignis de celo et deuoret te ⁊ qn̄q̄
ginta tuos. Deſcendit ḡ ignis de celo. ⁊ de
uorauit eū: et qn̄quaginta qui erāt cū eo
Rurſūq; miſit ad eū ꝓncipē qn̄quagenariū
alterū: et qn̄quaginta cū eo Qui locutus ē
illi. Homo dei: hec dicit rex. Feſtina. deſcen
de. Reſpōdēs helias ait Si homo dei ego ſū:
deſcēdat ignis de celo et deuoret te et qn̄q̄
ginta tuos. Deſcendit ergo ignis de celo:
et deuorauit illū. et qn̄quaginta eiꝰ. Iterū
miſit ꝓncipē qn̄quagenariū terciū: et quin
quaginta qui erant cū eo. Qui cū veniſſet
curuauit genua ꝯtͣ heliā: et ꝑcatꝰ eſt eum
⁊ ait. Homo dei noli deſpicere animā meā.
⁊ animas ſuorū tuorū qui mecū ſunt. Ecce
deſcēdit ignis de celo et deuorauit duos ꝓn
cipes qn̄quagenarios ꝓmos: ⁊ quinquage
nos qui cū eis erāt. Sed nunc obſecro vt
miſereatis anime mee. Locutus eſt aūt an
gelꝰ dn̄i ad heliam dicens. Deſcende cum
eo. Ne timeas. Surrexit igitur et deſcēdit
cū eo ad regem: et locutus ē ei. Hec dicit
dn̄s. Quia miſiſti nūcios ad ꝯſulendū beel-
zebub deū acharon quaſi non eſſet deus in
iſrl̄ a quo poſſes interrogare ſermonem:
ideo de lectulo ſup quē aſcēdiſti nō deſcēdes
ſed morte morieris. Mortuus eſt autē iux
ta ſermonem dn̄i quē locutus eſt helias: et
regnauit iorā frater eius ꝓ eo: anno ſecūdo
ioram filij ioſaphat regis iude. Non eīm ha
bebat filium. Reliqua autē verborū ochozie
que operatus eſt. nonne hec ſcripta ſunt in
libro ſmonū dierū regū iſrl̄. CA. II.
Actum eſt autem cū leuare vellet
dominus heliam per turbidinem in
celum: ibant helias heliſeus de gal-
galis. Dixitq; helias ad heliſeum. Sede hic:
quia dominus miſit me vſq; in bethel. Cui
ait heliſeus. Viuit dn̄s. et viuit aīa tua: q2
non derelinquam te. Cūq; deſcēdiſſent bet-
hel: egreſſi ſunt filij ꝓphetarū qui erāt in bet-
hel ad heliſeū: et dixerūt ei. Nūquid noſti:
quia hodie dn̄s tollet dominū tuū a te: Qui
rn̄dit. Et ego noui. Silete. Dixit autem
helias ad heliſeū. Sede hic: quia dn̄s miſit
me in ihericho. Et ille ait. Viuit dn̄s: et vi-
uit aīa tua: q2 nō derelinq̄ꝫ te. Cūq; veniſſet
ihericho: aſſcenderūt filij ꝓpharū qui erāt
in ihericho ad heliſeū: ⁊ dixerūt ei. Nūquid
noſti: q2 dn̄s hodie tollet dominū tuū a te:
Et ait. Et ego noui. Silite Dixit aūt ei he-
lias. Sede hic: q2 dn̄s miſit me vſq; ad ior-
danē. Qui ait. Viuit dn̄s. et viuit aīa tua:
quia nō derelinq̄ꝫ te Ierūt igitur ambo pa
riter: et quinq̄ginta viri de filijs ꝓpharum
ſecuti ſunt eos. Qui ſteterūt econtͣ longe.
Illi autem ambo ſtabant ſup iordanē. Tu
litq; helias palliū ſuū et inuoluit illud: et
ꝑcuſſit aquas que diuiſſe ſūt ī vtrāq; ptē:
et tranſierūt ambo per ſiccum. Cūq; tranſ-
iſſent: helias dixit ad heliſeum. Poſtula qḋ
vis: vt faciam tibi anq̄ꝫ tollar a te: Dixitq;
heliſeus. Obſecro vt fiat ī me duplex ſpiri-
tus tuus. Qui rn̄dit. Rem difficilem poſtu-
laſti. Attn̄ ſi videris me qn̄ tollar a te. erit
qḋ petiſti: ſi aūt nō videris. non erit. Cūq;
pergerēt et incedētes ſmocinarētur: ecce
currus igneꝰ et eq̄ ignei diuiſerūt vtrūq;.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Et aſcendit helias ꝑ turbinem in celū: heli
ſeus autē videbat: et clamabat. Pater mi
pater mi: currꝰ iſrl̄ et auriga eiꝰ. Et nō vi
dit eum ampliꝰ. Apprehendit qꝫ veſtimēta
ſua: et ſcidit illa in duas ꝑtes. Et leuauit
palliū helie quod ceciderat ei. Reuerſuſqꝫ
ſtetit ſuꝑ ripā iordanis: et pallio helie qđ
ceciderat ei ꝑcuſſit aquas: et non ſunt diui
ſe. Et dixit. Vbi eſt deꝰ helie etiam nunc?
Percuſſitqꝫ aquas: et diuiſe ſunt huc atqꝫ
illuc: ⁊ tranſijt heliſeus. Videntes autē filij
ꝓphetarū q̄ erāt in ihericho de cōtra dixerūt
Requieuit ſpūs helie ſuꝑ heliſeū. Et venien
tes i occurſum eiꝰ adorauerunt eū ꝓni in
terrā: dixeruntqꝫ illi. Ecce cū ſuis tuis ſūt
qn̄qͣginta viri fortes. q̄ poſſunt ire. et que
rere dominū tuū: ne forte tulerit eū ſpiritꝰ
dn̄i ⁊ ꝓiecerit eū i vnū mōtiū aut i vnā val
lium. Qui ait. Nolite mittere. Coegerūtqꝫ
eū: donec acq̄eſcēt et dicēt Mittite. Et mi
ſerunt qn̄qͣginta viros. Qui cū queſiſſent
tribus diebus: non inuenerūt. Et reuſi ſūt
ad eum. At ille habitabat in ihericho. Et
dixit eis. Nunquid non dixi vob̄: nolite mit
tere? Dixerūt qꝫ viri ciuitatis ad heliſeū.
Ecce habitatio ciuitatis huiꝰ optima ē ſic̄
tuipſe dn̄e ꝓſpicis: ſed aque peſſime ſūt: et
t̄ra ſterilis. At ille ait. Afferte michi vas
nouum: ⁊ mittite in illđ ſal Quod cū attuliſ
ſet: egreſſus ad fōtem aq̄ꝝ miſit in illum
ſal: ⁊ ait. Hec dic̄ dn̄s Sanaui aquas has:
et nō erit vltra in eis mors neqꝫ ſterilitas.
Sanate ſūt ḡ aque vſqꝫ in diem hāc: iuxta
verbū heliſei qđ locutus eſt. Aſcendit aūt
inđ heliſeꝰ in bethel. Cūqꝫ aſcēderet ꝑ viā
pueri parui egreſſi ſūt de ciuitate: ⁊ illude-
bāt ei dicentes. Aſcēde calue: aſcēde calue
Qui cum reſpexiſſet vidit eos: ⁊ maledixit
eis in nomine dn̄i. Egreſſiqꝫ ſūt duo vrſi. de
ſaltu: ⁊ lacerauerūt ex eis q̄dragintaduos
pueros. Abijt aūt inde in mōtē carmeli: ⁊
inde reūſus ē in ſamariā. CA. III.
Ioram vero filiꝰ achab regnauit ſuꝑ iſra-
hel i ſamaria: āno decimooctauo ioſaphat
regis iude. Regnauitqꝫ duodecim annis: et
fecit malū corā dn̄o: ſed nō ſic̄ pat̄ ſuꝰ ⁊ ma
ter. Tulit enī ſtatuas baal q̄s fecerat pat̄
eiꝰ: verūtn̄ in peccatis iheroboā filij nabath
qui peccare fecit iſrl̄ adheſit: nec r̄ceſſit ab
eis. Porro meſa rex moab nutriebat peco
ra multa: et ſoluebat regi iſrl̄ centū milia
agnorū. et centūmilia arietū cū velleribus
ſuis. Cūqꝫ mortuꝰ fuiſſet achab: ꝑuarica-
tus eſt fedus qđ habebat cū rege iſrahel.
Egreſſꝰ eſt igit̄ rex iorā in die illa de ſama
ria: et recēſuit vniūſum iſrl̄: miſitqꝫ ad io-
ſaphat regē iuda dicens. Rex moab receſ
ſit a me: veni mecū ꝯtra eū ad ꝓliū. Qui re-
ſpōdit. Aſcēdā. Qui meꝰ eſt tuꝰ eſt: ꝓplus
meꝰ ꝓplus tuꝰ: et eq̄ mei equi tui. Dixitqꝫ.
Per quā viā aſcēdemꝰ? At ille rn̄dit. Per
deſtū ydumee. Perrexerūt igit̄ rex iſrahel
et rex iuda et rex edom. et circūierūt ꝑ viā
ſeptē dierū: nec erat aqua exercitui et iu-
mentis q̄ ſeq̄bant̄ eos Dixitqꝫ rex iſrl̄. heu
heu heu. Cōgregauit nos dn̄s tres reges:
vt traderet in māu moab. Et ait ioſaphat
Eſt ne hic ꝓpheta dn̄i: vt dep̄cem̄ dn̄m per
eū? Et rn̄dit vnꝰ de ſuis regis iſrl̄. Eſt hic
heliſeus filiꝰ ſaphat: qui fundebat aquā ſu-
per manꝰ helie. Et ait ioſaphat Eſt apud
eū ſmo dn̄i? Deſcēditqꝫ ad eū rex iſrl̄ et io
ſaphat rex iuda: et rex edom. Dixit aūt he-
liſeus ad regē iſrl̄. Quid michi et tibi eſt?
Vade ad ꝓphetas patris tui et matris tue.
Et ait illi rex iſrl̄. Quare ꝯgregauit domi
nus tres reges hos vt traderet eos in ma-
nꝰ moab? Dixitqꝫ ad eū heliſeus. Viuit do
minꝰ exercituū in cuiꝰ ꝯſpectu ſto: qꝛ ſi non
vultū ioſaphat regis iude erubeſcerē: non
attendiſſem q̄dem te: nec reſpexiſſem. Nunc
aūt adducite michi pſaltē. Cumqꝫ caneret
pſaltes: facta eſt ſuꝑ eum manꝰ domini. Et
ait. Hec dicit dominꝰ. Facite alueū torren-
tis huiꝰ foſſas et foſſas. Hec enī dicit domi
nus nō videbitis vētum neqꝫ pluuiam: et al
ueus iſte replebit̄ aquis et bibetis vos ⁊ fa
milie vr̄e et iumēta vr̄a. Paruūqꝫ eſt hoc in
ꝯſpectu domini: inſuꝑ tradet etiā moab i ma
nus noſtras. Et ꝑcutietis om̄em ciuitatem
munitā et om̄em vrbē electā: et vniuerſum
lignū fructifeꝝ ſuccidetis cūctoſqꝫ fontes
aquaꝝ obturabitis: ⁊ om̄em agrum egre
giū operietis lapidibꝰ. Factū eſt igit̄ mane
quādo ſacrificiū offerri ſolet: et ecce aque ve
niebāt ꝑ viā edom. Et repleta ē terra aq̄s
Vniuerſi aūt moabite audiētes qđ deſcen-
diſſent tres reges vt pugnarent aduerſus
eos ꝯuocauerūt om̄es qui accincti erāt bal
theo deſuꝑ: ⁊ ſteterūt in t̄minis ꝑmoqꝫ mane

ſurgētes· ꝛ orto iam ſole ex adūſo aquaꝝ:
viderūt moabite ecōtra aquas rubꝛas q̄ſi
ſanguinē: dixerūtq̄· Sanguis gladij eſt·
Pugnauerūt reges ꝯtra ſe: et ceſi ſunt mu
tuo· Nūc perge ad predā moab· Perrexe-
rūtq̄ in caſtra iſrl̄· Porro ꝯſurgēs iſrahel
pcuſſit moab: at illi fugerūt corā eis· Vene
rūt igitur qui vicerāt· ꝛ pcuſſerūt moab·
et ciuitates deſtruxerūt: et omnem agrū op
timū mittētes ſinguli lapides repleuerūt: ꝛ
vniuerſos fontes aquaꝝ obturauerunt: et
om̄ia ligna fructifera ſucciderūt: ita vt mu
ri tātum fictiles remanerēt· Et circūdata
eſt ciuitas a fundibularijs: et magna ex pā
te pcuſſa· Quod cū vidiſſet rex moab p̄ua
luiſſe ſcilicet hoſtes tulit ſecū ſeptingentos
viros educētes gladios vt irrūperēt ad re
gem edom: et nō potuerūt· Arripiēſq̄ filiū
ſuū p̄mogenitū qui regnaturꝰ erat pro eo
obtulit olocauſtū ſup murū: et facta eſt in
dignatō magna in iſrl̄· Statimq̄ receſſe-
runt ab eo· et reuſi ſunt in terrā ſuam

CAPITVLVM· ·IIII·

Mulier autē quedā de vxoribꝰ ꝓphe
tarū· clamabat ad heliſeum dicēs
Suꝰ tuꝰ vir meꝰ mortuus eſt: et tu
noſti quia ſeruꝰ tuꝰ fuit timēs deū· Et ecce
creditor venit: vt tollat duos filios meos
ad ſeruiendū ſibi· Cui dixit heliſeus· Quid
vis vt faciā tibi? Dic michi· Quid habes i
domo tua? At illa rn̄dit· Nō habeo ancilla
tua quicq̄ꝫ in domo mea: niſi parū olei quo
vngā· Cui ait· Vade· pete mutuo ab omni
bus vicinis tuis vaſa vacua nō pauca: ꝛ in
gredere et claude oſtiū tuū cū intrīſecꝰ fue
ris tu et filij tui· et mitte inde in om̄ia vaſa
hec: et cum plena fuerint tolles· Iuit itaq̄
mulier: et clauſit oſtiū ſup ſe et ſuper filios
ſuos· Illi offerebāt vaſa: et illa infūdebat
Cumq̄ plena fuiſſēt vaſa: dixit ad filiū ſuū·
Affer michi adhuc vas· Et ille reſpondit·
Nō habeo· Stetitq̄ oleū· Venit aūt illa et
indicauit homini dei· Et ille: Vade inquit vē
de oleū et redde creditori tuo· tu aūt ꝛ filij
tui viuite de reliquo· Facta eſt aūt quedā
dies: et tranſibat heliſeus p ſunā ciuitatem
Erat aūt ibi mulier magna: que tenuit eū·
vt comederet panē· Cūq̄ frequenter inde trā
ſiret: diuertebat ad eā vt comederet panē·
Que dixit ad virū ſuū· Animadūto ꝙ vir
dei ſanctus eſt iſte: qui tranſit p nos freq̄n
ter· Faciamꝰ ḡ ei cenaculū paruū: et pona
mus ei in eo lectulū et mēſam et ſellā et can
delabrū: vt cum venerit ad nos maneat ibi·
Facta eſt ergo dies quedā: et veniens diū
tit in cenaculū: et requieuit ibi· Dixitq̄ ad
giezi puerū ſuū· Voca ſunamiten iſtā· Qui
cum vocaſſet eā· et illa ſtetiſſet corā eo: dix
it ad puerū ſuū· Loquere ad eā· Ecce ſedu
le in omnibꝰ miniſtraſti nobis: quid vis vt
faciā tibi? Nūquid habes negociū: et vis
vt loquar regi ſiue pn̄cipi militie? Que re
ſpōdit· In medio populi mei habito· Et ait·
Quid ḡ vult vt faciā? Dixitq̄ giezi· Ne q̄
ras· Filiū enī nō habet: et vir eiꝰ ſenex eſt·
Precepit itaq̄ vt vocaret eā· Que cū vo
cata fuiſſet et ſtetiſſet āte oſtiū: dixit ad eā
In tpe iſto in hac eadē hora ſi vita comes
fuerit: habebis in vtero filiū· At illa· Noli
queſo dn̄e mi vir dei: noli mētiri ancille tue
Et ꝯcepit mulier: et peperit filiū in tpe· et i
hora eadē qua dixerat heliſeus creuit autē
puer: et cū eſſet quedā dies et egreſſꝰ iſſet
ad prēm ſuū ad meſſores: ait patri ſuo· Ca
put meū doleo· At ille dixit puero· Tolle:
et duc eū ad matrē ſuā· Qui cū tuliſſet et
duxiſſet eum ad matrē ſuā: poſuit eum illa
ſup genua ſua vſq̄ ad meridiē: ꝛ mortuꝰ ē·
Aſcendit aūt et collocauit eū ſup lectū ho
minis dei: et clauſit oſtiū· Et egreſſa voca-
uit virū ſuū· Et ait· Mitte mecū obſecro
vnū de pueris et aſinā: vt excurrā vſq̄ ad
hominē dei· et reuertar· Qui ait illi· Quam
ob cauſā vadis ad eū? Hodie nō ſunt kalē
de neq̄ ſabbatū· Que rn̄dit· Vadā· Stra-
uitq̄ aſinā: et p̄cepit puero· Mina et ꝓpe-
ra: ne michi morā facias in eūdo: ꝛ hoc age
qd̄ p̄cipio tibi· Profecta eſt igitur: ꝛ venit
ad virū dei in mōte carmeli· Cūq̄ vidiſſet
eam vir dei de cōtra: ait ad giezi puerū ſuū
Ecce ſunamitis illa· Vade ḡ in occurſum
eiꝰ: et dic ei· Recte ne agit̄ circa te et circa
virū tuū: et circa filiū tuū? Que rn̄dit· Rec
te· Cūq̄ veniſſet ad virū dei in mōtem app̄
hendit pedes eiꝰ: et acceſſit giezi vt amoue
ret eam· Et ait homo dei· Dimitte illā· Ani
ma enī eiꝰ in amaritudine eſt: et dn̄s cela-
uit a me· et nō indicauit michi· Que dixit
illi· Nūquid petiui filiū a dn̄o meo? Nūqd
non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad

gieẓi· Accinge lumbos tuos: et tolle bacu
lum meũ in manu tua et vade· Si occurre-
rit tibi homo non ſalutes eum: ⁊ ſi ſalutaue
rit te quiſpiã non reſpondeas illi· Et pones
baculum meũ ſup faciẽ pueri· Porro mat̃
pueri ait· Viuit dominꝰ et viuit anima tua
Non dimittam te· Surrexit ergo: et ſecu-
tus eſt eam· Gieẓi aũt p̃ceſſerat ante eos:
et poſuerat baculũ ſup faciẽ pueri: et non
erat vox neqꝫ ſenſus· Reũſuſqꝫ eſt in occur-
ſum eiꝰ: ⁊ nunciauit ei dicẽs· Non ſurrexit
puer· Ingreſſus eſt g̃ heliſeus domũ: et ec
ce puer mortuꝰ iacebat in lectulo eiꝰ· In-
greſſuſqꝫ clauſit oſtiũ ſup ſe et ſup pueꝝ: ⁊
orauit ad dñm· Et aſcẽdit· et incubuit ſup
pueꝝ: poſuitqꝫ os ſuũ ſup os eius et ocl̃os
ſuos ſup oculos eius· et manꝰ ſuas ſup ma
nus eiꝰ et incuruauit ſe ſup eũ: ⁊ calefacta
eſt caro pueri· At ille reũſꝰ· deambulabat
in domo ſemel huc atqꝫ illuc: et aſcendit et
incubuit ſup eũ· Et oſcitauit puer ſepties·
apuitqꝫ oculos· Et ille vocauit gieẓi: et dix
it ei· Voca ſunamitẽ hanc· Que vocata in-
greſſa eſt ad eum· Qui ait· Tolle filiũ tuũ
Venit illa et corruit ad pedes eiꝰ et adora
uit ſup terrã· Tulitqꝫ filiũ ſuũ· et egreſſa
eſt: et heliſeus reũſus in galgalã· Erat au
tem fames in terra: et filij ꝓphetarũ habita
bant coram eo· dixitqꝫ vni de pueris ſuis·
Pone ollam grandẽ: et coque pulmentũ fi
lijs ꝓphetarũ· Et egreſſꝰ eſt vnꝰ in agrũ:
vt colligeret herbas agreſtes· Inuenitqꝫ
quaſi vitẽ ſiluestrẽ: ⁊ collegit ex ea coloq̃n
tidas agri et impleuit palliũ ſuũ: et reuer-
ſus conſcidit in ollam pulmẽti· Neſciebat
eñi q̃d eſſet: infuderũt igĩt ſocijs vt come-
derẽt· Cũqꝫ guſtaſſent de coctiõe: exclama
uerũt dicẽtes· Mors in olla vir dei· Et non
potuerũt comedere· At ille: afferte inq̃t fa
rinã· Cũqꝫ tuliſſent: miſit in ollã et ait· In
funde turbe vt comedãt· Et nõ fuit ampliꝰ
quicq̃ꝫ amaritudinis in olla· Vir autẽ q̃dã
venit de balſaliſa deferẽs viro dei panes pri
mitiaꝝ· ⁊ vigĩti panes ordeaceos: ⁊ frumẽ
tum nouũ in pera ſua· At ille dixit· Da po-
pulo vt comedat· Reſpõditqꝫ ei miniſter ei
us· Quãtũ eſt hoc vt apponã corã centum
viris? Rurſum ille: da ait ꝓplo vt comedat·
Hec eñi dicit dñs· Comedent: et ſupererit·
Poſuit itaqꝫ corã eis· Qui comederũt: et

ſupfuit iuxta verbũ dñi· CA· V·
Naaman princeps militie regis ſy-
rie erat vir magnꝰ apud dñm ſuũ:
et honoratus· Per illũ eñi dedit do
minꝰ ſalutẽ ſyrie· Erat aũt vir fortis et di
ues: ſed leproſꝰ· Porro de ſyria egreſſi fue
rãt latrũculi: et captiuã duxerãt de terra
iſrl̃ puellã puulã: que erat ĩ obſequio vxo
ris naaman· Que ait ad dñam ſuã· Vtinaꝫ
fuiſſet dñs meꝰ ad ꝓphã qui eſt in ſama-
ria: pfecto curaſſet eũ a lepra quã habet·
Ingreſſus eſt itaqꝫ naaman ad dñm ſuũ: ⁊
nũciauit ei dicẽs· Sic et ſic locuta eſt puel-
la de terra iſrahel· Dixitqꝫ ei rex ſirie· Va-
de: et mittã litteras ad regẽ iſrl̃· Qui cum
ꝓfectus eſſet et tuliſſet ſecũ decẽ talẽta ar
genti ⁊ ſex milia aureos· ⁊ decẽ mutatoria
veſtimẽtoꝝ: detulit lr̃as ad regẽ iſrl̃ ĩ h̃ ver
ba Cũ acceperis epiſtolã hanc: ſcito ꝙ mi
ſerim ad te naamã ſeruũ meũ vt cures eũ
a lepra ſua· Cũqꝫ legiſſet rex iſrl̃ litteras:
ſcidit veſtimẽta et ait· Nunq̃d deꝰ ego ſũ
vt occidere poſſim et viuificare: qr iſte mi-
ſit ad me vt curẽ hominẽ a lepra ſua? Ani-
maduertite ⁊ videte: ꝙ occaſiones querat
aduerſum me· Qđ cum audiſſet heliſeꝰ vir
dei· ſcidiſſe videlicet regẽ iſrl̃ veſtimenta
ſua: miſit ad eũ dicẽs· Quare ſcidiſti veſti-
mẽta tua? Veniat ad me: ⁊ ſciat eſſe ꝓphe-
tam in iſrl̃· Venit ergo naaman cũ equis ⁊
curribꝫ: et ſtetit ad oſtiũ domꝰ heliſei· Mi
ſitqꝫ ad eũ heliſeꝰ nũciũ dicẽs· Vade et la-
uare ſepties in iordane: ⁊ recipiet ſanitatẽ
caro tua atqꝫ mũdaberis· Iratus naamã·
recedebat dicẽs· Putabã qđ egrederet̃ ad
me et ſtans inuocaret nomẽ dñi dei ſui: ⁊ tã
geret manu ſua locũ lepre: et curaret me·
Nũq̃d nõ meliores ſunt abana et pharfar
fluuij damaſci omĩbꝫ aquis iſrl̃· vt lauer in
eis et mũder? Cũ ergo vertiſſet ſe ⁊ abiret
indignãs: acceſſerũt ad eũ ſui ſui· et locu
ti ſunt ei· Pater: ⁊ ſi rem grandẽ dixiſſet ti
bi ꝓpha· certe facere debueras· Quãto ma
gis quia nũc dixit tibi lauare et mundabe
ris? Deſcẽdit ⁊ lauit ſepties in iordane iux
ta ſmonẽ viri dei: et reſtituta eſt caro eius
ſicut caro pueri puuli: et mũdatꝰ eſt· Reũ
ſuſqꝫ ad virũ dei cũ vniũſo comitatu ſuo:
venit ⁊ ſtetit corã eo et ait· Vere ſcio ꝙ nõ
ſit aliꝰ deꝰ in vniuerſa terra: niſi tm̃ in iſrl̃

Obſecro itaq; vt accipias benedictionem
a ſeruo tuo. At ille rñdit. Viuit dominꝰ ante
quē ſto: quia nō accipiā. Cūq; vim faceret:
penitꝰ non acquieuit. Dixitq; naamā. Vt
vis. Sed obſecro ꝯcede michi ſeruo tuo: vt
tollam onus duoꝝ burdonū de terra. Non
enī faciet vltra ſeruꝰ tuꝰ olocauſtū aut vic
timā dijs alienis: niſi dño. Hoc aūt ſolū eſt
de quo depꝑceris dñm ꝓ ſeruo tuo: qñ ingre-
dietur dñs meꝰ templū rēmon vt adoret.
et illo innitēte ſup manū meā. ſi adorauero i
templo rēmon adorante eo in eodē loco: vt
ignoſcat michi dñs ſeruo tuo ꝓ hac re. Qui
dixit ei. Vade in pace. Abijt ğ ab eo: electo
tēpore terre. Dixitq; giezi puer viri dei. Pe-
percit dñs deus naaman ſiro iſti: vt nō acci
peret ab eo que attulit. Viuit dominꝰ quia
currā poſt eū: et accipiā ab eo aliquid. Et
ſecutꝰ eſt giezi poſt tergū naaman. Quem
cum vidiſſet ille currentē ad ſe: deſilijt decur
ru in occurſum eiꝰ ⁊ ait. Recte ne ſunt oīa?
Et ille ait. Recte. Dñs meus miſit me a te
dicēs. Modo venerūt ad me duo adoleſcen
tes de monte effraim: ex filijs ꝓphetarum.
Da eis talētum argēti: et veſtes mutato-
rias duplices. Dixitq; naaman. Melius eſt
vt accipias duo talēta. Et coegit eum: li-
gauitq; duo talēta argēti in duobꝫ ſaccis.
⁊ duplicia veſtimēta ⁊ impoſuit duobꝫ pue
ris ſuis: qui et portauerūt coram eo. Cūq;
veniſſet iam veſperi. tulit de manu eoꝝ. ⁊ re
poſuit in domo: dimiſitq; viros ⁊ abierunt:
ipſe aūt ingreſſus ſtetit coram domino ſuo
Et dixit heliſeus. Vnde venis giezi? Qui re
ſpondit. Nō iuit ſeruꝰ tuꝰ quoq̄. At ille ait
Nonne cor meū in pſenti erat: quādo reuſꝰ
eſt homo de curru ſuo in occurſū tui? Nūc
igitr̄ accepiſti argētū ⁊ accepiſti veſtes: vt
emas olueta. ⁊ vineas ⁊ oues et boues et
ſeruos et ancillas. Sed et lepra naaman ad
herebit tibi et ſemini tuo vſq; in ſempitnū.
Et egreſſus ē quaſi nix ab eo leproſus.

## CAPITVLVM. VI.

Ixerūt aūt filij ꝓphetaꝝ ad heliſe-
um. Ecce locus in quo habitamus
coram te: anguſtꝰ eſt nobis. Eamus vſq;
ad iordanen ⁊ tollant ſinguli de ſilua mate
rias ſingulas: vt edificemꝰ nobis ibi locū
ad habitandū. Qui dixit. Ite. Et ait vnus
ex illis. Veni ergo et tu cū ſeruis tuis. Reſpō
dit. Ego veniā. Et abijt cum eis. Cumq; ve
niſſent ad iōdanen: cedebāt ligna. Accidit
aūt: vt cum vnus materiā ſucciſiſſet. cade
ret ferrū ſecuris i aquā. Exclamauitq; ille
⁊ ait. Heu heu heu dñe mi: ⁊ hoc ipm mutuo
acceperam. Dixit autē homo dei. Vbi ceci-
dit? At ille monſtrauit ei locū. Precidit ğ
lignū: et miſit illuc. Natauitq; ferrum. Et
ait. Tolle. Qui extendit manū: et tulit il-
lud. Rex aūt ſirie pugnabat ꝯtra iſrl': con
ſiliūq; init cum ſeruis ſuis dicēs. In loco illo
et illo. ponamꝰ inſidias. Miſit itaq; vir dei
ad regē iſrl' dicens. Caue ne tranſeas in lo
cum illum: quia ibi ſiri in inſidijs ſunt. Mi-
ſit itaq; rex iſrahel ad locū quez dixerat ei
vir dei et poccupauit eū: ⁊ obſeruauit ſe ibi
non ſemel neq; bis. Cōturbatūq; eſt cor re
gis ſirie ꝓ hac re: et ꝯuocatis ſeruis ſuis ait
Quare non indicatis michi quis ꝓditor
mei ſit apud regem iſrahel? Dixitq; vnus
ſeruoꝝ eiꝰ. Nequaq̄ dñe mi rex: ſed heliſeus
ꝓpheta qui eſt in iſrahel indicat regi iſrahel
oīa verba quecūq; locutꝰ fueris in cōcla
ui tuo. Dixitq; eis. Ite ⁊ videte vbi ſit: vt
mittam et capiam eum. Annūciauerunt ei
dicētes. Ecce in dothaim. Miſit ergo illuc
equos et currꝰ: ⁊ robur exercitus. Qui cū
veniſſent nocte: circūdederūt ciuitatē. Con
ſurgēs aūt diluculo miniſter viri dei egreſ
ſus eſt: viditq; exercitum in circūitu ciui-
tatis et equos et currꝰ. Nunciauitq; ei di
cens. Heu heu heu dñe mi quid faciemꝰ? At
ille rñdit. Noli timere. Plures enī nobiſcū
ſunt quā cum illis. Cūq; oraſſet heliſeꝰ ait.
Domine: aperi oculos huiꝰ vt videat. Et
aperuit dominꝰ oculos pueri. et vidit: ⁊ ec
ce mons plenꝰ equoꝝ et curruū igneorū i
circūitu heliſei. Hoſtes vero deſcēderūt ad
eum. Porro heliſeus orauit ad dñm dicēs
Percute obſecro gentē hāc cecitate. Per
cuſſitq; eos dñs ne viderent: iuxta verbum
heliſei. Dixit aūt ad eos heliſeus. Non eſt
hec via: nec iſta eſt ciuitas. Seq̄mini me: ⁊
oſtendā vobis virū quē queritis. Duxit ğ
eos in ſamariā. Cūq; ingreſſi fuiſſent in ſa
mariā: dixit heliſeꝰ. Dñe: aperi oculos iſto
rum vt videant. Aperuitq; dñs oculos eo-
rū: et viderūt ſe eſſe in medio ſamarie. Dix
itq; rex iſrl' ad heliſeū: cū vidiſſet eos. Nū-
quid ꝑcutiā eos pater mi? Et ille ait. Non

ꝑcutias. Neqꝫ eñ cepiſti eos gladio et ar-
cu tuo: vt ꝑcutias. Sed pone panē ⁊ aquā
coram eis. vt comedant et bibāt: ⁊ vadāt
ad dñm ſuū. Appoſitaqꝫ eſt in eis ciborum
magna ꝓparatō. Et comederūt et biberūt:
⁊ dimiſit eos: abierūtqꝫ ad dñm ſuū. Et vltͣ
non venerūt latrones ſirie in terrā iſrahel.
Factū eſt aūt poſt hec ꝯgregauit benadab
rex ſirie vniuerſum exercitū ſuū: ⁊ aſcēdit
et obſidebat ſamariam. Factaqꝫ eſt fames
magna in ſamaria: et tam diu obſeſſa ē do-
nec venūdaretͬ caput aſini octoginta argē-
teis: et quarta pars cabi ſtercoris colum-
baꝝ qͥnqꝫ argenteis. Cūqꝫ rex iſrl̄ trāſiret
ꝑ murū: mulier quedā exclamauit ad eum
dicens. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Nō
te ſaluet dominꝰ. Vnde te poſſum ſaluare?
De area: vel de torculari? Dixitqꝫ ad eam
rex. Quid tibi vis. Que rñdit. Mulier iſta
dixit michi. Da filiū tuū vt comedamꝰ eū
hodie: et filiū meum comedemꝰ cras. Coxi-
mus ergo filiū meū: et comedimꝰ: dixitqꝫ
ei die altera. Da filium tuū: vt comedamꝰ
eum. Que abſcondit filiū ſuum. Quod cum
audiſſet rex ſcidit veſtimenta ſua: et trāſie-
bat ꝑ murū. Viditqꝫ oĩs ꝑplus ciliciū quo
veſtitus erat ad carnem intrinſecus. Et ait
rex. Hec michi faciat deus. et hec addat: ſi
ſteterit caput heliſei filij ſaphat ſup ipm̄ ho-
die. Heliſeus autē ſedebat in domo ſua: ⁊ ſe-
nes eius ſedebant cū eo. Premiſit itaqꝫ vi-
rum: et anteqͣ̄ veniret nūcius: ille dixit ad
ſenes. Nūquid ſcitis ꝙ miſerit filiꝰ homici-
de hic vt ꝑ̄ſcidatͬ caput meū? Videte ergͦ: cū
venerit nuncius. claudite oſtium: et non ſi-
natis eum introire. Ecce eñ ſonitus peduꝫ
domini eius poſt eum eſt. Adhuc illo loquē-
te eis: apparuit nuncius qui veniebat ad eū
Et ait. Ecce tm̄ malū a dño eſt. Quid am-
plius expectabō a dño CA. VII.

Dixit autē heliſeꝰ. Audite verbū do-
mini. Hec dicit dñs. In tempore hͦ
cras. modius ſimile vno ſtatē erit:
et duo modij ordei ſtatere vno in porta ſa-
marie. Reſpōdens vnus de ducibꝫ ſup cuius
rex incūbebat homini dei ait. Si dominus
fecerit etiā cathăractas in celo: nūquid po-
terit eſſe qđ loqͥris? Qui ait. Videbis ocu-
lis tuis: et inde nō comedes. Quatuor ergͦ
viri erāt leproſi iuxta itroitū porte: q̄ dixe-

rūt adinuicem. Quid hic eſſe voluimus do-
nec moriamͬ? Siue ingredi voluerimꝰ ciui-
tatem fame moriemur: ſiue manſerimus hͥ
moriendū nobis eſt. Venite ergo et trāſfu-
giamus ad caſtra ſirie. Si pepcerint nobis
viuemꝰ: ſi aūt occidere voluerint: nichilomi-
nus moriemͬ. Surrexerūt ergo veſperi: vt
venirēt ad caſtra ſirie. Cūqꝫ veniſſēt ad ꝓ̄n-
cipiū caſtroꝝ ſirie: nullū ibidē repererunt.
Si quidē dñs ſonitum audiri fecerat in ca-
ſtris ſirie. curruū et equoꝝ: et exercitꝰ plu-
rimi. Dixerūtqꝫ adinuicem. Ecce mercede
ꝯduxit aduſum nos rex iſrl̄ reges getheo-
rum et egiptioꝝ: et venerūt ſup nos. Sur-
rexerūt ergo et fugerūt in tenebris: et de-
reliquerūt tentoria ſua et equos et aſinos
in caſtris: fugeruntqꝫ. animas tm̄ ſuas ſal-
uare cupiētes. Igitͬ cū veniſſent leproſi illi
ad ꝓ̄ncipiū caſtroꝝ ingreſſi ſunt vnū taber-
naculū: et comederūt et biberūt. Tulerūtqꝫ
inde argentū et aurū et veſtes: et abierūt et
abſcōderūt. Et rurſū reuſi ſūt ad aliud taber-
naculū: ⁊ inde ſimilitͬ auferētes abſconderūt
Dixerūtqꝫ ad inuicē. Non recte facimus.
Hec eñ dies boni nuncij eſt. Si tacuerimꝰ
et noluerimus nūciare vſqꝫ mane: ſceleris
arguemur. Venite eamꝰ: et nūciemꝰ in au-
la regis. Cūqꝫ veniſſēt ad portā ciuitatis:
narrauerūt ei dicētes. Iuimꝰ ad caſtra ſi-
rie ⁊ nullū ibidē reperimꝰ hoīeꝫ: niſi equos
et aſinos alligatos: ⁊ fixa tētoria. Ierunt
ergo portarij et nūciauerunt in palatio re-
gis intrinſecꝰ. Qui ſurrexit nocte: et ait ad
ſuos ſuos. Dico vobis quid fecerint nobis
ſiri. Sciūt quia fame laboramus: et ideir-
co egreſſi ſunt de caſtris: ⁊ latitāt in agris
dicētes. Cum egreſſi fuerint de ciuitate ca-
piemus eos viuos: et tūc ciuitatē ingredi
poterimꝰ. Reſpōdit aūt vir vnꝰ ſuoꝝ eius
Tollamus qͥnqꝫ equos qui remāſerunt in
vrbe: quia ipi tantū ſunt in vniuerſa multi-
tudine iſrl̄. alij eñ ꝯſumpti ſunt: et mitten-
tes explorare poterimus. Adduxerūt ergo
duos equos: miſitqꝫ rex in caſtra ſiroꝝ di-
cens. Ite et videte. Qui abierunt poſt eos
vſqꝫ ad iordanen. Ecce aūt oĩs via plena
erat veſtibꝫ et vaſis: que ꝓiecerāt ſiri cum
turbarentͬ. Reuſiqꝫ nuncij indicauerūt regi
Et egreſſus ꝑplus diripuit caſtra ſirie: fac-
tuſqꝫ eſt modius ſimile ſtatere vno. ⁊ duo



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

modij ordei ſtatere vno: iuxta verbum dñi
Porro rex ducē illū in cuiꝰ manu incubue
rat cōſtituit ad portā: quē conculcauit turba
in introitu porte et mortuus eſt: iuxta qđ
locutus fuerat vir dei quando deſcenderat
rex ad eum. Factūqꝫ eſt ſcđm ſmonem viri
dei. quē dixerat regi quādo ait. duo modij
ordei ſtatere vno erūt. ⁊ modius ſimile ſta
tere vno hoc eodē tpe cras ī porta ſamarie:
quando reſpōderat dux ille viro dei et dixe
rat. etiā ſi dñs fecerit catharactas in celo
nūquid poterit fieri qđ loqueris et dixit ei
videbis oculis tuis. et inde non comedes.
Euenit ergo ei ſicut p̄dictū erat: et oculca
uit eum ꝑplus in porta: et mortuꝰ eſt.

## CAPITULUM .VIII.

Eliſeus aūt locutꝰ eſt ad mulierē:
cuiꝰ viuere fecerat filiū dicēs. Sur
ge: vade tu et domus tua: ⁊ ꝑegrinare vbi
cūqꝫ reppereris. Vocauit eīm dominꝰ famē:
et veniet ſup terrā ſeptem annis. Que ſur
rexit et fecit iuxta verbū hominis dei. ⁊ va
dens cum domo ſua: peregrinata eſt in t̄ra
philiſtijm. diebꝫ multis. Cūqꝫ finiti eſſent
anni ſeptē: reuerſa eſt mulier de terra phi-
liſtijm. Et ingreſſa eſt: vt interpellaret re-
gem ꝓ domo ſua. et ꝓ agris ſuis. Rex autē
loq̄bat̄ cū giezi puero viri dei dicēs. Nar-
ra michi oīa magnalia que fecit heliſeus.
Cūqꝫ ille narraret regi quō mortuū ſuſci-
taſſet: apparuit mulier cuiꝰ viuificauerat
filiū clamās ad regem ꝓ domo ſua et pro
agris ſuis. Dixitqꝫ giezi. Domine mi rex
hec eſt mulier: et hic eſt filiꝰ eius quē ſuſci
tauit heliſeus. Et interrogauit rex mulierē
Que narrauit ei. Deditqꝫ ei rex eunuchū
vnū dicens. Reſtitue ei oīa que ſua ſunt:
et vniuerſos redditus agroꝝ a die qua re
liquit terrā vſqꝫ ad p̄ſens. Venit qꝫ heliſeꝰ
damaſcū: et benadab rex ſirie egrotabat.
Nūciaueruntqꝫ ei dicētes. Venit vir dei huc
Et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera ⁊
vade in occurſum viri dei: et ꝯſule dñm per
eum dicens. Si euadere potero de infirmi-
tate mea hac? Iuit igit̄ azahel in occurſū
eius habēs ſecum munera et oīa bona da
maſci onera quadraginta cameloꝝ. Cūqꝫ
ſtetiſſet corā eo ait. Filiꝰ tuꝰ benadab rex
ſirie miſit me ad te dicēs. Si ſanari potero
de infirmitate mea hac? Dixitqꝫ ei heliſeꝰ

Vade dic ei. Sanaberis. Porro oſtendit m̄
dominꝰ: quia morte morietur. Stetitqꝫ cum
eo et conturbatus eſt vſqꝫ ad ſuffuſionē vul-
tus. Fleuitqꝫ vir dei. Cui azahel ait. Quare
dominꝰ meus flet? At ille dixit. Quia ſcio
que facturus ſis filijs iſrl̄ mala. Ciuitates
eoꝝ munitas igne ſuccēdes et iuuenes eo
rum interficies gladio: et ꝑuulos eoꝝ elides.
et p̄gnantes diuides. Dixitqꝫ azahel Quid
eīm ſum ſuꝰ tuus canis: vt faciā rem iſtam
magnā? Et ait heliſeus. Oſtendit michi do
minꝰ te regem ſirie fore. Qui cum receſſiſ
ſet ab heliſeo: venit ad dñm ſuū. Qui ait ei
Quid tibi dixit heliſeus? At ille reſpōdit.
Dixit michi: recipies ſanitatē. Cūqꝫ veniſ
ſet dies altera. tulit ſtragulum et infudit
aquā: et expandit ſup faciē eius. Quo mor
tuo: regnauit azahel ꝓ eo. Anno q̄nto iorā
filij achab regis iſrl̄ regnauit iorā filiꝰ io-
ſaphat rex iuda Trigintaduorū annorum
erat cū regnare cepiſſet: ⁊ octo annis reg
nauit ī ihrlm. Ambulauitqꝫ in vijs regum
iſrl̄: ſicut ambulauerat domus achab. Filia
eīm achab erat vxor eiꝰ. Et fecit qđ malū
eſt in conſpectu dñi. Noluit aūt dñs diſperde-
re iudā ꝓpter dauid ſuū ſuū: ſicut ꝓmiſerat
ei vt daret illi lucernā. et filijs eiꝰ cūctis die
bus. In diebꝫ eiꝰ receſſit edom ne eſſet ſub
iudā: et cōſtituit ſibi regē. Venitqꝫ iorā ſei-
ra: et omnis exercitus cum eo. Et ſurrexit
nocte: ꝑcuſſitqꝫ ydumeos qui eū circūdede-
rant. et p̄ncipes curruū. Populus autē fu-
git in tabernacula ſua. Receſſit ergo edom
ne eſſet ſub iuda: vſqꝫ ad diē hāc. Tunc re
ceſſit et lobna in tpe illo. Reliqua aūt ſmo
nū iorā et vniuerſa que fecit: nōne hec ſcrip
ta ſunt in libro verboꝝ dieꝝ regum iuda?
Et dormiuit iorā cū patribꝫ ſuis: ſepultuſ-
qꝫ eſt cū eis in ciuitate dauid: et regnauit
ochozias filius eius ꝓ eo. Anno duodecimo
ioram filij achab regis iſrl̄: regnauit ocho-
zias filiꝰ iorā regis iude. Vigintiduoꝝ an
noꝝ erat ochozias cū regnare cepiſſet: et
vno anno regnauit in ihrlm. Nomen mr̄is
eius atalia filia amri regis iſrl̄: et ambula
uit in vijs domꝰ achab: et fecit qđ malum
eſt corā dño ſicut domus achab. Gener eīm
domus achab fuit. Abijt qꝫ cum iorā filio
achab ad p̄liandum cōtra azahel r̄gem ſirie
in ramoth galaad: et vulnerauerūt ſiri iorā

Qui reuerſus eſt · vt curaret in ieſrahel : qꝛ
vulnerauerūt eum ſiri in ramoth ꝓliantem
ↄtra aſahel regem ſirie · Porro ochozias fi
lius ioram rex iuda deſcēdit inuiſere ioram
filiū achab iſrl̄ : qꝛ egrotabat ibi CA · IX

Eliſeus autē ꝓphetes vocauit vnū
de filijs ꝓphaꝝ : et ait illi · Accinge
lūbos tuos : et tolle lenticulam olei
hāc in māu tua : et vade in ramoth galaad
Cūqꝫ veneris illuc : videbis iehu filiū ioſa⸗
phat filij namſi · Et ingreſſus ſuſcitabis eū
de medio fratrū ſuoꝝ ⁊ itroduces ī interiꝰ
cubiculū : tenenſqꝫ lenticulā olei fundes ſu
per caput eius : et dices · Hec dicit dominꝰ
Vnxi te regem ſup iſrl̄ · Aperieſqꝫ oſtiū et
fugies : et non ibi ſubſiſtes · Abijt ergo ado
leſcens puer ꝓphete in ramoth galaad : et
ingreſſus eſt illuc · Ecce aūt pͥncipes exerci
tus ſedebant · Et ait · Verbū michi ad te o
pͥnceps · Dixitqꝫ iehu · Ad quē ex omībꝫ no
bis ? At ille dixit · Ad te o pͥnceps · Et ſur⸗
rexit : et ingreſſꝰ eſt cubiculū · At ille fudit
oleū ſup caput eius · Et ait · Hec dicit dn̄s
deus iſrl̄ · Vnxi te regem ſup ꝓpl̄m dn̄i iſrl̄ :
et ꝑcuties domū achab dn̄i tui · Et vlciſcā
ſanguinē ſuoꝝ meoꝝ ꝓphetaꝝ · et ſangui⸗
nem oīm ſuoꝝ dn̄i de manu iezabel · ꝑdāqꝫ
omnem domū achab · Et interficiā de domo
achab mingētē ad parietē : et clauſū et no
uiſſimū in iſrl̄ · Et dabo domū achab ſic do⸗
mū ieroboam filij nabath : et ſicut domum
baaſa filij achia Ieſabel qꝫ comedēt canes
in agro ieſrahel : nec erit qui ſepeliat eam ·
Aperuitqꝫ oſtiū et fugit · Iehu aūt ingreſ
ſus eſt ad ſuos dn̄i ſui · Qui dixerūt ei · Rec
te ne ſunt oīa ? Quid venit inſanꝰ iſte ad
te ? Qui ait eis · Noſtis hoiem : et qđ locutꝰ
ſit · At illi rn̄derūt Falſum eſt : ſed magis nā
ta nobis · Qui ait eis · Hec et h̄ locutus eſt
michi · Et ait · Hec dicit dominꝰ Vnxi te re
gem ſup iſrl̄ · Feſtinauerūt itaqꝫ : et vnuſ⸗
quiſqꝫ tollens palliū ſuū poſuerūt ſub pedi
bus eius in ſimilitudinē t̄bunalis : et ceci ne
rūt tuba atqꝫ dixerūt · Regnabit iehu · Cō
iurauit ergo iehu filiꝰ ioſaphat filij namſi
ↄtra ioram · Porro iorā obſederat ramoth
galaad · ipē ⁊ oīs iſrahel ↄtra azahel regē
ſirie : et reūſus fuerat vt curaret in ieſrahel
ꝓpter vulnera : quia ꝑcuſſerāt eum ſiri pre⸗
liantē ↄtra azahel regē ſirie · Dixitqꝫ iehu

Si placet vobis nemo egrediatur ꝓfugꝰ
de ciuitate : ne vadat et nunciet in ieſrahel ·
Et aſcendit : ⁊ ꝓfectus eſt in ieſrahel · Iorā
eñ egrotabat ibi : et ochozias rex iuda de⸗
ſcenderat ad viſitādum iorā · Igit̄ ſpecula
toꝛ q̄ ſtabat ſup turrim ieſrahel : vidit glo⸗
bum iehu venientis · Et ait Video ego glo
bum · Dixitqꝫ ioram · Tolle currū : et mitte
in occurſum eoꝝ : et dicat vadēs · Recte ne
ſunt oīa ? Abijt ergo qui aſcenderat cur⸗
rum in occurſū eius · Et ait · Hec dicit rex
Pacata ſunt oīa ? Dixitqꝫ iehu · Quid tibi
et paci ? Tranſi et ſequere me Nūciauit qꝫ
ſpeculatoꝛ dicēs · Venit nūncius ad eos : et
non reuertit̄ · Miſit etiā currū equoꝝ ſecū
dum : venitqꝫ ad eos : et ait · Hec dicit rex ·
Nūquid pax eſt ? Et ait iehu · Quid tibi ⁊
paci ? Tranſi et ſequere me · Nūciauit aūt
ſpeculatoꝛ dicens · Venit vſqꝫ ad eos : ⁊ nō
reuertit̄ · Eſt aūt inceſſus quaſi inceſſus ie
hu filij namſi · Preceps eñ graditur Et ait
ioram · Iungite currū · Iunxeruntqꝫ currū
eiꝰ · Et egreſſus ē iorā rex iſrl̄ et ochozias
rex iuda : ſinguli in curribꝫ ſuis · Egreſſiqꝫ
ſunt in occurſum iehu · ⁊ inuenerūt eum in
agro naboth ieſrahelite · Cūqꝫ vidiſſet io⸗
ram iehu : dixit · Pax eſt iehu ? At ille rn̄dit
Que pax ? Adhuc fornicatōes iezabel ma⸗
tris tue · et veneficia eius multa vigēt · Cō
uertit aūt iorā manū ſuā : et fugiēs ait ad
ochoziam · Inſidie ochozia · Porro iehu te⸗
tendit arcū manu : et ꝑcuſſit iorā inē ſcapu
las · Et egreſſa eſt ſagitta p coꝛ eiꝰ : ſtatim
qꝫ corruit in curru ſuo · Dixitqꝫ iehu · ad ba
dachar ducē · Tolle proice eū in agro na⸗
both ieſrahelite Memini eñ qn̄ ego ⁊ tu ſe
dētes in curru ſequebamur achab patrem
huiꝰ : qꝙ dominus onus hoc leuauerit ſup eū
dicēs · Si nō p ſanguine naboth ⁊ p ſangui
ne filioꝝ eius · quē vidi heri ait dn̄s : reddā
tibi in agro iſto dicit dominꝰ · Nūc ḡ tolle
et proice eum in agro : iuxta verbū domini
Ochozias aūt rex iuda videns hoc fugit per
viam domus orti : pſecutuſqꝫ eſt eum iehu :
et ait · Etiā hūc ꝑcutite in curru ſuo · Et ꝑ
cuſſerūt eum in aſcenſum gaber : qui eſt iux
ta ieblaam · Qui fugit in mageddo : ⁊ mor⸗
tuꝰ eſt ibi · Et impoſuerūt eū ſui eius ſuper
currū ſuū et tulerūt in ihr̄lm : ſepelieruntqꝫ
in ſepulcro cū patribꝫ ſuis ī ciuitate dauid

01
134

Anno vndecimo iorā filij achab regis iſrl̄
regnauit ochozias ſup iudā: venitq; iehu in
ieſrahel· Porro iezabel introitu eius audi-
to depinxit oculos ſuos ſtibio · et ornauit
caput ſuū: et reſpexit ꝑ feneſtrā ingredien
tem iehu ꝑ portā: et ait· Nūq̄d pax poteſt
eſſe zamri· qui interfecit dn̄m ſuum? Leua
uitq; iehu faciē ſuā ad feneſtrā et ait Que
eſt iſta? Et inclinauerūt ſe ad eum duo vel
tres eunuchi: ⁊ dixerūt· Hec eſt illa iezabel
At ille dixit eis· Precipitate eam deorſū·
Et p̄cipitauerūt eam· Aſperſuſq; eſt ſang
uine paries: et equoꝝ vngule ꝯculcauerūt
eam Cūq; introgreſſus eſſet vt comederet
biberetq; ait· Ite et videte maledictā illā
et ſepelite eam: quia filia regis eſt · Cumq;
iſſent vt ſepelirēt eam: nō inuenerūt niſi cal
uariā et pedes et ſūmas manus · Reuerſiq;
nūciauerūt ei· Et ait iehu· Sermo domini ē:
quē locutus eſt ꝑ ſeruū ſuū heliā theſbiten di
cens· In agro ieſrahel comedēt canes car-
nes iezabel· Et erūt carnes iezabel ſic ſter-
cus ſup faciē terre in agro ieſrahel: ita vt
p̄tereūtes dicāt· Heccine eſt illa iezabel

## CAPITVLVM· ·X·

Erant autē achab ſeptuaginta filij
i ſamaria Scripſit ergo iehu litteras:
et miſit in ſamariā ad optimates ciuitatis
et ad maiores natu et ad nutricios achab
dicēs· Statim vt acceperitis l̄ras has qui
habetis filios domini veſtri et currꝰ et eq̄s
et ciuitates firmas et arma: eligite melio
rem et cū qui vobis placuerit de filijs domi
veſtri· et eum ponite ſup ſoliū patris ſui: et
pugnate ꝓ domo dn̄i veſtri· Timuerunt illi
vehementer: et dixerūt· Ecce duo reges non
potuerūt ſtare coram eo: ⁊ q̄uo nos valebi
mus reſiſtere? Miſerūt ergo p̄poſiti domus
et p̄fecti ciuitatis et maiores natu ⁊ nutri
cij ad iehu dicētes· Serui tui ſumꝰ: q̄cūq;
iuſſeris faciemꝰ: nec ꝯſtituemꝰ nobis regē
Quecūq; tibi placēt fac· Reſcripſit aūt eis
litteras ſcd̄o dicēs Si mei eſtis et obeditis
michi: tollite capita filiorū domini veſtri: ⁊
venite ad me hac eadem hora cras in ieſra-
hel· Porro filij regis ſeptuagita viri apud
optimates ciuitatis nutriebant· Cūq; ve-
niſſent littere ad eos: tulerūt filios regis ⁊
occiderūt ſeptuaginta viros: et poſuerunt
capita eoꝝ in cophinis ⁊ miſerūt ad eum i
ieſrahel· Venit aūt nuncius ad eū: ⁊ indica
uit ei dicēs· Attulerūt capita filioꝝ regis
Qui reſpōdit· Ponite ea ad duos aceruos
iuxta introitū porte vſq; mane· Cumq; di-
luxiſſet egreſſus eſt: ⁊ ſtans dixit ad om̄em
populū· Iuſti eſtis· Si ego ꝯiuraui ꝯtra do
minū meū et interfeci eū: quis ꝑcuſſit om̄es
hos? Videte ergo nūc q̄m non cecidit de ſer
mōibꝰ domini i terrā quos locutꝰ eſt domi
nꝰ ſup domū achab: et dominꝰ fecit q̄d lo-
cutꝰ eſt in manu ſerui ſui helie· Percuſſit igi
tur iehu omnes qui reliqui erant de domo
achab in ieſrahel · et vniuerſos optimates
eius et notos et ſacerdotes: donec nō rema
nerēt ex eo reliquie· Et ſurrexit: et venit in
ſamariam · Cūq; veniſſet ad camerā paſto
rum in via· inuenit fratres ochozie regis iu
da: dixitq; ad eos· Qui nam eſtis vos? Qui
reſpōderūt· Fratres ochozie ſumꝰ: et deſcē
dimus ad ſalutandos filios regis· et filios
regine· Qui ait· Comprehēdite eos viuos·
Quos cū ꝯprehendiſſent viuos: iugulauerūt
eos in ciſterna iuxta camerā quadraginta
duos viros: et nō reliquit ex eis queq̄· Cū
q; abiſſet inde inuenit ionadab filiū rechab
in occurſū ſibi: et benedixit ei· Et ait iehu
ad eum· Nūquid eſt cor tuū rectū cū corde
meo ſicut cor meū cum corde tuo? Et ait io
nadab· Eſt· Si eſt inquit: da manū tuam·
Qui dedit ei manū ſuā · At ille leuauit eū
ad ſe in currū: dixitq; ad eum· Veni mecū:
et vide zelū meū ꝓ dn̄o· Et impoſitū in cur-
ru ſuo duxit in ſamariā · Et ꝑcuſſit om̄es q̄
reliqui fuerāt de achab in ſamaria vſq; ad
vnū: iuxta verbū dn̄i q̄d locutꝰ eſt ꝑ heliā ·
Cōgregauit ergo iehu om̄em ppl̄m: ⁊ dixit ad
eos· Achab coluit baal parū: ego autē co-
lam eum amplius· Nūc igitur omnes ꝓphetas
baal· et vniuerſos ſeruos eius et cunctos ſa-
cerdotes ipſius vocate ad me· Nullꝰ ſit qui
non veniat· Sacrificiū eīm grande eſt mihi
baal· Quicunq; defuerit non viuet· Porro
iehu faciebat hoc inſidioſe: vt diſperderet cul
tores baal· Et dixit· Sanctificate diē ſolē
nem baal· Vocauitq; et miſit in vniuerſos
terminos iſrl̄: ⁊ venerūt cūcti ſerui baal Nō
fuit reſiduꝰ ne vnus quidē: qui non veniret
Et ingreſſi ſunt templū baal· Et repleta ē
domꝰ baal: a ſummo vſq; ad ſūmum · Dix
itq; hijs qui p̄erant ſuper veſtes · Proferte

veſtimenta vniuerſis ſuis baal· Et ꝓtule-
rūt eis veſtes· Ingreſſuſqꝫ iehu ⁊ ionadab
filius rechab templum baal: ait cultoribꝫ
baal· Perquirite ⁊ videte: ne quis forte vo
biſcū ſit de ſuis domi: ſed vt ſint ſui baal ſo
li· Ingreſſi ſūt igitur vt facerēt victimas
et olocauſta: iehu aūt ꝑparauerat ſibi fo-
ris octoginta viros: et dixerat eis· Quicū
qꝫ fugerit de hominibꝫ hijs quos ego adduxe
ro in manus veſtras: anima eius erit ꝓ ani
ma illiꝰ· Factū eſt autē cum ↄpletum eſſet
olocauſtū: ꝑcepit iehu militibꝫ et ducibus
ſuis· Ingredimini et percutite eos· Nullꝰ
euadat· ꝑcuſſerūtqꝫ eos in ore gladij et ꝓ
iecerūt· milites et duces· Et ierunt in ciui
tatē templi baal et ꝓtulerūt ſtatuā de pha
no baal: et cōbuſſerūt et comminuerūt eam
Deſtruxerūt qꝫ edem baal: ⁊ fecerūt ꝓ ea
latrinas vſqꝫ in diem hāc· Deleuit itaqꝫ ie-
hu baal de iſrl': veruntn̄ a peccatis ieroboā
filij nabath qui peccare fecit iſrahel non re
ceſſit: nec dereliqt vitulos aureos q̄ erant
in bethel et in dan· Dixit aūt dn̄s ad iehu·
Quia ſtudioſe egiſti qđ rectum erat ⁊ pla
cebat in oculis meis: et om̄ia que erant in
corde meo feciſti ↄtra domū achab: filij tui
vſqꝫ ad quartā generatōnem ſedebūt ſup
thronū iſrl'· Porro iehu non cuſtodiuit vt
ambularet in lege domi dei iſrl'· in toto cō
de ſuo· Non eīm receſſit a peccatis ieroboā:
qui peccāe fecerat iſrl'· In diebꝫ illis cepit
dominꝰ tedere· ſup iſrahel· Percuſſitqꝫ eos
aſahel in vniuerſis finibꝫ iſrl': a iordane cō
tra orientalem plagā· om̄em terrā galaad·
et gad· et ruben· et manaſſe· ab aroer que
eſt ſup torrentē arnon et galaad et baſan
Reliqua aūt verboꝝ iehu et vniuerſa que
fecit et fortitudo eius: nōne hec ſcripta ſūt
in libro verboꝝ dierꝝ regum iſrl'? Et dormi
uit iehu cū patribꝫ ſuis: ſepelierūtqꝫ eum i
ſamaria: et regnauit ioacham filiꝰ eius ꝓ
eo· Dies aūt quos regnauit iehu ſuper iſrl'
viginti et octo anni ſunt in ſamaria·

## CAPITVLVM ·XI·

Talia vero mat̄ ochozie vidēs mor
tuū filiū ſuū: ſurrexit et interfecit
om̄e ſemen regiū· Tollens aūt ioſaba filia
regis iorā· ſoror ochozie· ioas filiū ochozie·
furata eſt eum de medio filioꝝ regis q̄ int̄
ficiebant̄· ⁊ nutricem eius de triclinio: ⁊ ab
ſcondit eum a facie athalie vt non interfice
retur· eratqꝫ cū ea ſex annis clam in domo
domini· Porro athalia regnauit ſup terram
ſeptē annis· Anno aūt ſeptimo miſit ioia-
da et aſſumens cēturiones et milites intro
duxit ad ſe in tēplū dn̄i: pepigitqꝫ cū eis fe
dus· Et adiurans eos in domo domini oſtē
dit eis filium regis: et ꝑcepit illis dicens·
Iſte eſt ſermo quē facere debetis· Tercia
pꝰ vr̄m introeat ſabbato: et obſeruet excu
bias domꝰ regis· Tercia aūt pꝰ ſit ad por
tam ſepr: et tercia pꝰ ſit ad portā que eſt
poſt habitaculū ſcutarioꝝ: et cuſtodietis
excubias domus meſſa· Due vero partes e
vobis om̄es egredientes ſabbato cuſtodiāt
excubias domꝰ dn̄i circa regē: ⁊ vallabitis
eum habentes arma in manibꝫ veſtris· Si
quis aūt ingreſſus fuerit ſeptū tēpli: inter
ficiat̄· Eritiſqꝫ cū rege introeūte et egredie
te· Et fecerūt cēturiones iuxta oia q̄ ꝑcepe
rat eis ioiada ſacerdos Et aſſumētes ſinguli
viros ſuos q̄ ingrediebant̄ ſabbatū cum
hijs q̄ egrediebant̄ e ſabbato: venerunt ad
ioiadā ſacerdotē· Qui dedit eis haſtas ⁊ arma
regis dauid: q̄ erāt in domo dn̄i· Et ſtete-
rūt ſinguli habētes arma in manu ſua a pte
tēpli dextera vſqꝫ ad ptem ſiniſtrā altaris
⁊ edis· circū regē· Produxitqꝫ filiū regis:
et ſup eū diadema et teſtimoniū· Feceruntqꝫ
eum regē et vnxerūt: et plaudentes manu
dixerūt· Viuat rex· Audiuit aūt athalia vocē
ꝑpli currētis: et ingreſſa ad turbas in tem
plū dn̄i· vidit regē ſtantē ſup tribunal iuxta
morē· et cātores et turbas ꝓpe eū· om̄emqꝫ
ꝑplm̄ terre letantē· et canentē tubis: ⁊ ſcidit
veſtimenta ſua clamauitqꝫ· Cōiuratō· cōiu
ratō· Precepit aūt ioiada centurionibꝫ q̄
erant ſup exercitum: et ait eis· Educite eā
extra ſepta templi: et quicunqꝫ eā ſecutus
fuerit· feriat̄ gladio· Dixerat eīm ſacerdos:
non occidat̄ in templo dn̄i· Impoſueruntqꝫ
ei manus ⁊ impegerūt eam ꝑ viā introitus
equoꝝ iuxta palaciū: et interfecta ē ibi· Pe
pigit ergo ioiada fedus int̄ deū et regē et int̄
ꝑplm̄· vt eſſet ꝑplus dn̄i: et int̄ regē ⁊ ꝑplm̄
Ingreſſuſqꝫ eſt om̄is ꝑplus terre tēplū baal·
et deſtruxerūt aras eiꝰ: ⁊ ymagines ↄtriue
runt valide: mathan qꝫ ſacerdotē baal occi
derūt corā altari· Et poſuit ſacerdos cuſto
dias i domo dn̄i: tulitqꝫ cēturiōes ⁊ chereti

phꝫleti legiones et oīem pplm ťre: deduxe
runtqꝫ regem de domo dn̄i. Et venerūt per
viā porte ſcutarioꝝ in palaciū: ⁊ ſedit ſup
thronū regū. Letatuſqꝫ eſt oīs pplus ter
re: et ciuitas ꝯquieuit. Atalia aūt occiſa ē
gladio in domo regis: ſeptēqꝫ annoꝝ erat
ioas cū regnare cepiſſet. CA. XII

Anno ſeptimo iehu regnauit ioas
Quadraginta ānis regnauit in ihe
ruſalē: nomē mr̄is eiꝰ ſebia de ber-
ſabee. Fecitqꝫ ioas rectū corā dn̄o. cunctis
diebꝰ quibꝰ docuit eū ioiada ſacdos: verun
tamē excelſa nō abſtulit. Adhuc eīm pplus
immolabat et adolebat in excelſis incenſū
Dixitqꝫ ioas ad ſacdotes oēm pecuniā ſanc
toꝝ q̄ illata fuerit in templū dn̄i a p̄tereun
tibꝰ que offertur ꝓ p̄cio aīe et quā ſpōte ⁊
arbitrio cordis ſui inferunt in templū dn̄i
accipiant illā ſacdotes iuxta ordinē ſuū: et
inſtaurēt ſartatecta domꝰ ſi qd neceſſarium
viderint in ſtauratōne. Igiť vſqꝫ ad viceſi
mūterciū ānū regis ioas: nō inſtaurauerāt
ſacdotes ſartatecta templi. Vocauitqꝫ rex
ioas ioiadam pōtificē et ſacdotes: dicens
eis. Quāe ſartatecta nō inſtauratis tēpli?
Nolite ꝙ ampliꝰ accipe pecuniā iuxta ordi
nē vr̄m: ſed ad inſtauracōnē tēpli reddite
eam. Prohibitiqꝫ ſūt ſacdotes vlť accipe
pecuniā a pplo: et in ſtaurare ſartatecta do
mus Et tulit ioiada pōtifex gazophilaciū
vnū. aperuitqꝫ foramē deſup: ⁊ poſuit illud
iuxta altare ad dexterā ingrediētiū domū
dn̄i: mittebātqꝫ in eo ſacdotes qui cuſtodie
bant oſtia oēm pecuniā q̄ deferebať ad tē
plū dn̄i. Cūqꝫ viderēt nimiā pecuniā eſſe in
gazophilacō. aſcendebat ſcriba regis ⁊ pō
tifex. effūdebātqꝫ et numerabāt pecuniā q̄
inueniebať in domo dn̄i: et dabāt eā iuxta
numerū atqꝫ mēſurā in manu eoꝝ q̄ p̄erāt
cementarijs domꝰ dn̄i Qui impēdebāt eam
in fabris lignoꝝ in cemētarijs hijs q̄ opera
banť in domo dn̄i. et ſartatecta faciebāt: ⁊
in hijs q̄ cedebāt ſaxa. et vt emerēt ligna ⁊
lapides q̄ excidbanť: ita vt implereť i ſtau
racō domꝰ dn̄i in vniūſis q̄ indigebāt expē
ſa ad muniendā domū. verūtn̄ nō fiebāt ex
eadē pecunia ydrie tēpli dn̄i et fuſcinule et
turibula et tube et oīe vas aureū et argē
tū: de pecunia q̄ inferebať in tēplū dn̄i Hijs
eīm q̄ faciebāt opꝰ dabať vt inſtauraretur
templū dn̄i. Et nō fiebat ratō hijs hoībus
qui accipiebāt pecuniā vt diſtribuerēt eaꝫ
ātificibꝰ: ſꝫ in fide tractabāt eā Pecuniā ve
ro ꝓ delicto et pecuniā ꝓ peccatis. nō infere
bāt in tēplū dn̄i: qꝛ ſacdotū erat. Tūc aſcē
dit aſahel rex ſirie et pugnabat ꝯtra geth:
cepitqꝫ eam. Et direxit faciē ſuā vt aſcēde
ret in ihrl̄m Quāobrem tulit ioas rex iuda
oīa ſāctificata q̄ ꝯſecrauerat ioſaphat et
iorā et ochozias p̄res eius reges iuda. et q̄
ipe obtulerat. ⁊ vniūſū argentū qd inueni
re potuit i theſauris tēpli dn̄i. in palacio re
gis: miſitqꝫ aſaheli regi ſirie: et receſſit ab
ihrl̄m. Reliq̄ aūt ſmonū ioas et vniuerſa q̄
fecit: nōne hec ſcripta ſunt in libro verboꝝ
dieꝝ regum iuda? Surrexerūt aūt ſui eiꝰ
⁊ ꝯiurauerūt inť ſe: pcuſſerūt ioas in domo
mello in deſcenſu ſela. iozachar nanqꝫ filius
ſemath ⁊ iozabath filius ſomer ſui eiꝰ per
cuſſerūt eū: et mortuus eſt. Et ſepelierunt
eū cū patribꝰ ſuis in ciuitate dauid: regna
uitqꝫ amaſias filiꝰ eiꝰ ꝓ eo CA. XIII.

Anno viceſimotercio ioas filij ocho
zie regis iude. regnauit ioachas fi
liꝰ iehu ſup iſrl̄ in ſamaria decē et
ſeptē annis: et fecit malū corā dn̄o. Secu-
tuſqꝫ eſt pc̄ta iheroboā filij nabath q̄ pecca
re fecit iſrl̄: et nō declinauit ab eis. Iratuſ
qꝫ eſt furor dn̄i ꝯtra: et tradidit eos in ma
nu aſahel regis ſirie et in manu benadab fi-
lij aſahel cūctis diebꝰ. Depcatus eſt auteꝫ
ioacham faciē dn̄i: ⁊ audiuit eū dn̄s. Vidit
eīm anguſtiā iſrl̄: qꝛ attriuerat eos rex ſirie
Et dedit dn̄s ſaluatorē iſrli: et liberatꝰ ē de
manu regis ſirie: hitauerūtqꝫ filij iſrl̄ in ta
bernaculis ſuis. ſicť heri et nudiuſterciꝰ. Ve
rūtn̄ nō receſſerūt a pc̄tis domꝰ iheroboam
q̄ peccare fecit iſrl̄: ſed in ipis ambulaue-
rūt. Siquidē et lucus ꝑ māſit in ſamaria: ⁊
nō ſūt d̄relicti ioachas de pplo niſi q̄nq̄gita
eq̄tes: et decē currus et decē milia peditū i
terfecerat eīm eos rex ſirie: et redegerat q̄
ſi puluerē in tritura aree Reliq̄ aūt ſmonū
ioachas et vniūſa q̄ fecit et fortitudo eiꝰ: n̄
ne hꝫ ſcripta ſunt in libro ſmonū dieꝝ rḡū
iſrl̄. Dormiuitqꝫ ioachas cū pr̄ibꝰ ſuis: ⁊ ſe
pelierť eū in ſamaria: regnauitqꝫ ioas filiꝰ
eiꝰ ꝓ eo Anno triceſimoſeptimo ioas rḡis
iuda regnauit ioas filiꝰ ioachas ſup iſrl̄ i
ſamaria ſedecim annis: et fecit qd malū eſt

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

in ↄſpectu domini. Non declinauit ab omibꝫ
peccatis ierobo⁊ filij nabath q̄ peccare fe
cit iſrł: ſed in ipis ambulauit. Reliqua aūt
ſmonuꝫ ioas et vniūſa q̄ fecit: et fortitudo
eiꝰ q̄uo pugnauerit ↄt amaſiā regē iuda.
nōne h̄ ſcripta ſunt in libro ſmonū dieꝝ re
gum iſrł? Et dormiuit ioas cum prib; ſuis:
ierobo⁊ aūt ſedit ſup ſoliū eiꝰ. Porro io
as ſepultꝰ ē in ſamaria cū regib; iſrł. Heli
ſeꝰ autē egrotabat infirmitate qua et mō
tuꝰ eſt. Deſcenditqꝫ ad eū ioas rex iſrł. et
flebat corā eo: dicebatqꝫ pat̄ mi. pater mi:
currus iſrł et auriga eiꝰ. Et ait illi heliſeꝰ
Affer arcū et ſagittas. Cūqꝫ attuliſſet ad
eum arcū et ſagittas: dixit ad regē iſrahel
Pone manū tuā ſup arcū. Et cū poſuiſſet
ille manū ſuā: ſuppoſuit heliſeꝰ manꝰ ſuas
manib; regis: et ait. Aperi feneſtrā orīēta
lem. Cūqꝫ aperuiſſet. dixit heliſeus iace ſa
gittā. Et iecit. Et ait heliſeus. Sagitta ſa
lutis dn̄i: et ſagitta ſalutis ↄt ſiriā. Percu
tieſqꝫ ſiriā in aphec: donec ↄſumas eam. Et
ait. Tolle ſagittas. Qui cū tuliſſet: rurſum
dixit ei. Percute iaculo terrā. Et cū ꝑcuſ
ſiſſet trib; vicib; et ſtetiſſet: iratus eſt vir
dei ↄt eū: et ait. Si ꝑcuſſiſſes q̄nquies aut
ſexies ſiue ſepties: ꝑcuſſiſſes ſiriam vſqꝫ ad
ↄſumatōnē. Nūc aūt trib; vicib; ꝑcuties
eā. Mortuꝰ eſt ḡ heliſeus: et ſepelierūt eū.
Latrūculi aūt de moab venerūt in t̄rā in ip
ſo āno. Quidā aūt ſepelientes hominē vide
rūt latrūculos: et ꝓiecerūt cadauer in ſe
pulcro heliſei. Quod cū tetigiſſet oſſa heli
ſei reuixit hō. ⁊ ſtetit ſup pedes ſuos. Igit̄
aſahel rex ſirie afflixit iſrł: cunctis dieb; io
achas. Et miſertꝰ eſt dn̄s eoꝝ: et reūſus ē
ad eos ꝓpter pactū ſuū qđ hēbat cū abra
ham et yſaac et iacob: et noluit diſperdere
eos neqꝫ ꝓicere ꝑ enitꝰ vſqꝫ in p̄ſēs tempꝰ
Mortuꝰ eſt aūt aſahel rex ſirie ⁊ regnauit
benadab filꝰ eiꝰ ꝓ eo. Porro ioas filius io
achas tulit vrbes de manu benadab filij aſa
hel quas tulerat de manu ioachas pr̄is ſui:
iure prelij. Trib; vicib; ꝑcuſſit eū ioas: et
reddidit ciuitates iſrł CA. XIIII
In āno ſcđo ioas filij ioachas regis iſrł: re
gnauit amaſias filꝰ ioas r̄gis iuda vigin
ti q̄nqꝫ ānoꝝ erat cū regnare cepiſſet: vigi
ti aūt et nouē ānis regnauit in ihrłm. No
men mr̄is eiꝰ ioadē de ihrłm. Et fecit rectū
corā dn̄o: verūtn̄ nō vt dauid pat̄ eiꝰ. Iux
ta oīa q̄ fecit ioas pat̄ ſuꝰ fecit: niſi h̄ tm̄
qđ excelſa nō abſtulit. Adhūc eīn populus
adolebat et immolabat incenſū in excelſis.
Cūqꝫ obtinuiſſet regnū ꝑcuſſit ſuos ſuos
q̄ interfecerāt regē prēm ſuū: filios aūt eoꝝ
q̄ occiderāt nō occidit: iuxta qđ ſcriptū eſt
in libro legis moyſi ſic p̄cepit dn̄s dicens.
Nō morient̄ prēs ꝓ filijs neqꝫ filij ꝓ patrib;:
ſed vnuſq̄ſqꝫ in pcō ſuo morief. Ipe ꝑcuſ
ſit edō in valle ſaliuaꝝ decē milia: et appre
hēdit petrā in ꝓlio: vocauitqꝫ nomē eius ie
techehel vſqꝫ in p̄ntē diē. Tūc miſit amaſi
as nūcios ad ioas filiū ioachas filij iehu re
gis iſrł dicēs veni et videamus nos. Remi
ſitqꝫ ioas rex iſrł ad amaſiā regem iuda di
cens. Carduꝰ libani miſit ad cedrū q̄ eſt in
libano dicēs. Da filiā tuā filio meo vxorē
Trāſierūtqꝫ beſtie saltꝰ q̄ ſunt in libano: ⁊
deulcauerūt carduū. Percutiēs inualuiſti
ſup edō: et ſbleuauit te cor tuū. Cōtentꝰ
eſto gl̄a: et ſede in domo tua. Quāe ꝓuocas
malū: vt cadas tu et iudas tecū? Et nō ac
quieuit amaſias. Aſcēditqꝫ ioas rex iſrł: ⁊
viderūt ſe ipſe et amaſias rex iuda in beth
ſames opido iude. Percuſſus eſt iuda corā
iſrł: et fugerūt vnuſq̄ſqꝫ in tabnacula ſua
Amaſiā vero regē iuda filiū ioas filij ocho
zie cepit ioas rex iſrahel i bethſames: ⁊ ad
duxit eū in ihrłm. Et interrupit murū ihrłm
a porta effraim vſqꝫ ad portā anguli. q̄drin
gentis cubitis. Tulitqꝫ oīe aurū et argē
tū ⁊ vniūſa vaſa q̄ inuēta ſunt in domo dn̄i
et in theſauris regis et obſides: et reūſus
eſt in ſamariā. Reliq̄ aūt verboꝝ ioas q̄ fe
cit ⁊ fortitudo eiꝰ qua pugnauit ↄt amaſiā
regē iuda. nōne h̄ ſcripta ſunt in libro ſmo
nū dieꝝ regū iſrł? Dormiuitqꝫ ioas cū pa
trib; ſuis et ſepultꝰ eſt in ſamaria cū regi
bus iſrł: ⁊ regnauit ierobo⁊ filꝰ eiꝰ ꝓ eo
Vixit autem amaſias filius ioas rex iuda.
poſtq̄ꝫ mortuus ē ioas filꝰ ioachas regis
iſrł. viginti q̄nqꝫ ānis. Reliqua aūt ſmonū
amaſie. nōne hec ſcripta ſunt in libro ſmo
nū dieꝝ regū iuda? Factaqꝫ ē ↄt eū ↄiura
tō in ihrłm: at ille fugit in lachis. Miſerūt
qꝫ poſt eū in lachis et interfecerunt eū ibi: et
aſportauerūt in eq̄s: ſepultuſqꝫ eſt in ihrłm
cū prib; ſuis in ciuitate dauid. Tulit autē
vniūſꝰ ꝓplus iude azariā ānos natū ſedeci.

136

⁊ ꝯſtituerunt eum regem ꝓ patre eiꝰ ama
ſia· Ipſe edificauit abilam: ⁊ reſtituit eam
iude poſtq̄ dormiuit rex cum prīb9 ſuis· An
no q̄ntodecimo amaſie filij ioas regis iuda
regnauit ieroboā filiꝰ ioas regis iſrl' in ſa
maria q̄draginta et vno āno: et fec̄ qđ ma
lū ē corā dn̄o· Nō receſſit ab oīb9 pctīs ie
roboā filij nabath: q̄ peccare fecit iſrl'· Ip
ſe reſtituit t̄minos iſrl' ab introitu emath
vſqꝫ ad mare ſolitudinis: iuxta ſ̃monē dn̄i
iſrl' quē locutꝰ eſt ꝑ ſ̃uū ſuū ionā filiū ama-
thi ꝓphām: qui erat de geth q̄ eſt in opher
Vidit enī dn̄s afflictōem iſrahel amarā ni-
mis: et ꝙ ꝯſumpti eſſēt vſqꝫ ad clauſos car
ceris et extremos: et nō eſſet q̄ auxiliaret̄
iſrl'· Nec locutꝰ ē dn̄s vt deleret nomē iſra
hel de ſub celo: ſed ſaluabit eos in manu ie
roboā et filij ioas· Reliq̄ aūt ſ̃monū iero-
boā et vniūſa q̄ fecit: et fortitudo eius qua
p̄liatꝰ ē· et q̄uo reſtituit damaſcū ⁊ emath
iude in iſrl' nōne h̄ ſcripta ſūt in libro ſ̃mo-
nū dierꝝ regū iſrl'? Dormiuitqꝫ ieroboam
cū prīb9 ſuis regib9 iſrl': et regnauit zacha
rias filiꝰ eiꝰ ꝓ eo·

CA· XV·

Anno viceſimoſeptimo ieroboā re
gis iſrl' regnauit azarias filiꝰ ama
ſie regis iuda· Sedecim ānoꝝ erat
cū regnare cepiſſet: ⁊ q̄nq̄gintaduob9 an
nis regnauit in ihrl'm· Nomē mr̄is eiꝰ iece
lia de ihrl'm· Fecitqꝫ qđ erat placitū coram
dn̄o· iuxta oīa q̄ fecit amaſias pať eius: ve-
rūtn̄ excelſa nō eſt demolitꝰ· Adhuc ꝓplus
ſacrificabat et adolebat incēſum in excelſis·
Percuſſit aūt dn̄s regē: et fuit leproſꝰ vſ-
qꝫ in diē mortis ſue: et habitabat in domo
libera ſeorſū· Ioatā vero filiꝰ regis guber
nabat palaciū: et iudicabat ꝓplm t̄re Reliq̄
aūt ſ̃monū aſarie et vniūſa q̄ fecit: nōne h̄
ſcripta ſunt in libro verboꝝ dierꝝ regū iu-
da? Et dormiuit aſarias cū prīb9 ſuis: ſepe
lierūtqꝫ eū cū maiorib9 ſuis in ciuitate da-
uid: et regnauit ioathā filius eiꝰ ꝓ eo· An
notriceſimooctauo aſarie regis iude regna
uit zacharias filius ieroboā ſup iſrl' in ſa-
maria ſex menſib9: et fecit qđ malū eſt corā
dn̄o ſic fecerāt prēs eiꝰ· Nō r̄ceſſit a pctīs
ieroboā filij nabath: q̄ peccāe fecit iſrahel
Cōiurauit aūt ꝯt̄ eū ſellū filiꝰ iabes percuſ
ſitqꝫ eū palā et inf̄fecit: regnauitqꝫ ꝓ eo·
Reliqua aūt verboꝝ zacharie nōne h̄ ſcrip
ta ſunt in libro ſ̃monū dierꝝ regū iſrl'? Iſte
eſt ſ̃mo dn̄i quē locutꝰ eſt ad iehu dicens·
Filij tui vſqꝫ ad q̄rtam gn̄atōnē· ſedebunt
de te ſup thronū iſrl'· Factūqꝫ ē ita· Sellū
filiꝰ iabes regnauit t̄ceſimonono anno aza
rie regis iude· Regnauit aūt vno mēſe i ſa
maria· Et aſcendit manahen filiꝰ gaddi de
therſa· venitqꝫ ſamariā: ⁊ pcuſſit ſellū filiū
iabes in ſamaria et inf̄fecit eū: regnauitqꝫ
ꝓ eo· Reliq̄ aūt verboꝝ ſellū et ꝯiuratō eiꝰ
ꝑ quā tetēdit inſidias: nōne h̄ ſcripta ſunt
in libro ſ̃monū dierꝝ regū iſrl'? Tunc pcuſ
ſit manahen thapſā et oēs q̄ erāt in ea: ⁊
t̄minos eiꝰ de therſa· Noluerāt enī aperire
ei· Et inf̄fecit oēs pregnātes eiꝰ: et ſcidit·
eas· Anno triceſimonono azarie regis iu-
de regnauit manahen filius gaddi ſup iſrl'
decē ānis in ſamaria: fecitqꝫ qđ erat malū
corā dn̄o· Nō receſſit a pctīs ieroboā filij
nabath q̄ peccare fecit iſrl': cūctis dieb9 ei
us· Veniebat phul rex aſſirioꝝ in therſa: et
dabat manahen phul mille talēta argenti·
vt eſſet ei in auxiliū et firmaret regnū eius
Indixitqꝫ manahen argētū ſup iſrl' cūctis
potētib9 et diuitib9 vt daret regi aſſirioꝝ:
q̄nq̄ginta ſiclos argenti ꝑ ſinglos· Reuſuſ
qꝫ eſt rex aſſirioꝝ: et nō eſt moratꝰ in ther
ſa· Reliq̄ aūt ſ̃monū manahē et vniūſa que
fecit: nōne h̄ ſcripta ſunt in libro ſ̃monum
dierꝝ regū iſrl'? Et dormiuit manahē cū pa-
trib9 ſuis: regnauitqꝫ phaceia filiꝰ eius ꝓ
eo· Anno q̄nq̄geſimo azarie regis iude reg
nauit phaceia filiꝰ manahen ſup iſrl' in ſa-
maria biēnio: et fecit qđ erat malū coram
dn̄o· Nō receſſit a pctīs ieroboam filij na-
bath: q̄ peccare fecit iſrl'· Cōiurauit autē
aduſus eum phacee filius romelie dux eiꝰ·
et pcuſſit eum in ſamaria in turre domꝰ re-
gie iuxta argob et iuxta ariph· et cum eo
q̄nquaginta viros de filijs galaaditaꝝ ⁊
interfecit eū: regnauitqꝫ ꝓ eo· Reliq̄ autē
ſ̃monū phacee et vniūſa que fecit: nonne
hec ſcripta ſunt in libro ſ̃monū dierꝝ regū
iſrl'? Anno q̄nquageſimoſcđo azarie regis
iude regnauit phacee filiꝰ romelie ſup iſra
hel in ſamaria viginti annis: et fecit qđ erāt
malū coram dn̄o· Nō receſſit a pctīs iero
boam filij nabath: qui peccare fecit iſrahel·
In dieb9 phacee regis iſrl' venit theglath
phalaſſar rex aſſur· et cepit abion· et abel

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

domum maacha et ianoe et cedes ⁊ aſor ⁊
galaad et galileā et vniuerſā terrā nepta
lim: et tranſtulit eos in aſſirios· Cōiurauit
autē et tetendit inſidias oſee filius hela cō
phacee filiū romelie: ⁊ ꝑcuſſit eum ⁊ īterfe-
cit: regnauitq; ꝓ eo viceſimo āno ionathā
filij ozie· Reliq̄ aūt ſermonū phacee ⁊ vniū
ſa q̄ fecit: nōne hec ſcripta ſunt i libro ſmo
nū dieꝝ regum iſrl'? Anno ſcdo phacee fi
lij romelie regis iſrahel: regnauit ioathā fi
li9 ozie regis iuda Viginti q̄nq; ānoꝝ erat
cū ragnare cepiſſet: et ſedecim annis reg-
nauit i ihrl'm Nomē mrīs ei9 iheruſa: filia
sadoch· Fecitq; qđ erat placitū corā dño·
Juxta omnia q̄ fecit ozias pater ſuus ope
ratus eſt: veruntamē excelſa non abſtulit·
Adhuc ꝑplus imolabat et adolebat incēſū
in excelſis· Ipſe edificauit portā dom9 dñi
ſublimiſſimā· Reliq̄ aūt ſermonū ioathā et
vniuerſa que fecit: nonne hec ſcripta ſunt i
libro verboꝝ dierum regum iuda? In die-
bus illis cepit domin9 mittere in iudā raſin
regem ſirie: et phacee filie romelie· Et dor
miuit ioathā cum patrib9 ſuis ſepultuſq; ē
cum eis in ciuitate dauid patris ſui: et reg
nauit achā fili9 eius ꝓ eo CA· XVI·

Anno decimoſeptimo phacee filij ro
melie· regnauit acham filius ioa-
thā regis iuda· Viginti ānoꝝ erat
acham cū regnare cepiſſet: et ſedecim an-
nis regnauit i ihrl'm· Non fecit quod erat
placitū in ꝯſpectu dñi dei ſui ſicut dauid pa
ter eius: ſed ambulauit in via regum iſrl'·
Inſup et filiū ſuum ꝯſecrauit trāſferens ꝑ
ignē ſcdm idola gentium: q̄ diſſipauit dñs
coram filijs iſrl'· Immolabat q; victimas
et adolebat incenſū in excelſis ⁊ in collib9:
et ſub omni ligno frondoſo· Tunc aſcendit
raſin rex ſirie: et phacee fili9 romelie rex iſ
rahel· ad ꝓliandū in ihrl'm· Cūq; obſiderēt
acham: non valuerūt ſuperare eū· In tēpe
illo reſtituit raſin rex ſirie haylam ſirie: et
eiecit iudeos de hayla· Et ydumei ⁊ ſiri vene
runt in haylā: ⁊ habitauerūt ibi vſq; in diē
hāc· Miſit aūt acham nuncios ad theglat
phalaſſar regē aſſirioꝝ dicēs· Seru9 tuus
et fili9 tuus ego ſum· Aſcende et ſaluū me
fac de manu regis ſirie et de manu regis iſ-
rahel: qui ꝯſurrexerūt aduerſū me Et cum
collegiſſet argentū et aurū qđ inuenire po
tuit in domo dñi· et in theſauris regis mi-
ſit regi aſſirioꝝ munera: q̄ et acquieuit vo
luntati eius· Aſcēdit aūt rex aſſirioꝝ in da
maſcū et vaſtauit eā: ⁊ trāſtulit hitatores
eius cyrenen: raſin aūt interfecit Perrexit
q; rex achā in occurſū theglat phalaſſar re
gi aſſirioꝝ in damaſcū· Cūq; vidiſſet alta-
re damaſci: miſit rex achā ad vriā ſacdotē
exemplar ei9 ⁊ ſimilitudinē iuxta omē op9
ei9· Extruxitq; vrias ſacerdos altare· Jux
ta omia q̄ ꝑceꝑat rex achā de damaſco: ita
fecit ſacdos vrias donec veniret rex acham
de damaſco · Cunq; veniſſet rex de dama-
ſco vidit altare et veneratus eſt illud: aſcē
ditq; et imolauit olocauſta ⁊ ſacrificiuz ſu
um: et libauit libamina ⁊ fudit ſāguinē pa
cificoꝝ que obtulerat ſup altare Porro al
tāe ereum qđ erat coram dño tranſtulit de
facie templi et de loco altaris et de loco tē-
pli dñi: poſuitq; illud ex latē altaris ad aq̄-
lonem· Precepit q; rex achā vrie ſacerdo-
ti dicens· Sup altare maius· offer olocau-
ſtum matutinū et ſacficiū veſpertinū et olo
cauſtum regis et ſacrificiū ei9: ⁊ olocauſtū
vniuerſi ꝑpli terre et ſacrificia eoꝝ et liba-
mina eoꝝ: et omem ſanguinē olocauſti et
vniuerſum ſanguinē victime ſup illud effū
des· Altare vero ereū erit paratū ad volun
tatem meā· Fecit igit̄ vrias ſacerdos iux-
ta omia que ꝑceperat rex achā· Tulit aūt
rex achā celatas baſes et luterez qui erat
deſuper: et mare depoſuit de bobus ereis qui
ſuſtētabāt illud et poſuit ſup pauimētū ſtra
tum laoide· Muſach q; ſabbati qđ edifica-
uerat in templo ⁊ ingreſſum regis exteri9
ꝯuertit in templū dñi: ꝓpter regē aſſirioꝝ
Reliqua aūt verboꝝ acham et omia que fe
cit: nōne hec ſcripta ſunt in libro ſmonum
dieꝝ regū iuda? Dormiuitq; acham cum
patrib9 ſuis: et ſepultus eſt cum eis in ciui
tate dauid: et regnauit ezechias fili9 eius
ꝓ eo CAPITVLVM· ·XVII·

Anno duodecimo achā regis iuda
regnauit oſee fili9 hela in ſamaria
ſup iſrl' nouē annis: fecitq; malum
corā dño: ſed non ſicut reges iſrl' qui añ eū
fuerūt· Cōtra hūc aſcēdit ſalmanaſar rex
aſſirioꝝ: et factus eſt ei oſee ſeru9: reddebat
q; illi tributa · Cūq; deꝑhēdiſſet rex aſſirio
rum oſee ꝙ rebellare nitēs miſiſſet nuncios

ad ſua regē egipti·ne p̄ſtaret tributa regi
aſſiriorum· ſicut ſingulis annis ſolitꝰ erat:
obſedit eum·et vinctū miſit in carcerē: per
uagatuſqꝫ eſt omnem trā: et aſcendēs ſama
riā obſedit eam tribꝫ ānis Anno aūt nono
oſee cepit rex aſſirioꝝ ſamariam: et trāſtu
lit iſrahel in aſſirios: poſuitqꝫ eos in haylaz
et in abor iuxta fluuiū gozā in ciuitatibus
medoꝝ· Factum eſt enī cum peccaſſent filij
iſrl' dño deo ſuo qui eduxerat eos de terra
egipti de manu pharaonis regis egipti: co
luerūt deos alienos· ⁊ ambulauerūt iuxta ri
tum gentium quas cōſumpſerat dñs in con
ſpectu filioꝝ iſrl' et regū iſrl': quia ſimiliter
fecerāt· Et irritauerūt filij iſrl' verbis non
rectis dñm deū ſuū: et edificauerūt ſibi ex
celſa in cūctis vrbibꝫ ſuis a turre cuſtoduz
vſqꝫ ad ciuitatē munitā· Fecerūtqꝫ ſibi ſta
tuas et lucos in omni colle ſublimi· ⁊ ſubter
omne lignū nemoroſum: et adolebant ibi in
cenſum ſup aras in morē gentiū quas trāſ
tulerat dñs a facie eoꝝ· Feceruntqꝫ verba
peſſima irritātes dñm: et coluerūt immūdi
cias de quibꝫ p̄cepit eis dñs ne facerēt ver
bū hoc· Et teſtificatꝰ eſt dñs in iſrl' et in iu
da p manū oīm ꝓphetarū et videntiū dicens
Reuertimini a vijs veſtris peſſimis· ⁊ cuſto
dite p̄cepta mea et ceremonias: iuxta om
nem legē quā p̄cepi patribꝫ veſtris: ⁊ ſicut
miſi ad vos in manu ſeruoꝝ meoꝝ ꝓphetaꝝ
Qui non audierūt: ſed indurauerūt ceruī
cem ſuā iuxta ceruicē patrū ſuoꝝ q̄ nolue
runt obedire dño deo ſuo· Et abiecerunt le
gitima eiꝰ·et pactū qđ pepigit cum patri
bus eoꝝ et teſtificatōnes quibꝫ cōteſtatus
eſt eos: ſecutiqꝫ ſūt vanitates ⁊ vane ege
rūt: ⁊ ſecuti ſunt gentes que erāt p circuī
tum eoꝝ ſup quibꝫ p̄cepat dñs eis vt non
facerēt ſicut et ille faciebat· Et dereliq̄
rūt oīa p̄cepta dñi dei ſui: feceruntqꝫ ſibi
cōflatiles duos vitulos et lucos: ⁊ adoraue
rūt vniuerſam militiam celi· Seruierūtqꝫ
baal: et cōſecrauerūt filios ſuos et filias ſu
as p ignē· Et diuinatōni inſeruiebāt ⁊ augu
rijs·et tradiderūt ſe vt facerēt malū coraz
dño et irritarēt eum· Iratuſqꝫ eſt dñs ve
hemenť iſrli: ⁊ abſtulit eos a cōſpectu ſuo:
⁊ nō remāſit niſi tribꝫ iuda tātūmodo Sed
nec ip̄e iuda cuſtodiuit mādata dñi dei ſui:
verūtñ ābulauit in erroribꝫ iſrl' ·quos opa

tus fuerat· Proiecitqꝫ dñs omne ſemē iſra
hel et afflixit eos et tradidit eos in mānu di
ripiētiū·donec ꝓiceret eos a facie ſua: ex eo
iam tpe quo ſciſſus eſt iſrl' a domo dauid:
et cōſtituerūt ſibi regem ieroboā filium na
bath· Seperauit enī ieroboā iſrl' a dño: et
peccare eos fecit pctm magnū· Et ambu
lauerūt filij iſrl' in vniūſis pctīs ieroboā q̄
fecerat: et non receſſerūt ab eis vſqueq̄ do
minꝰ auferret iſrl' a facie ſua: ſicut locutꝰ
fuerat in manu oīm ſeruoꝝ ſuoꝝ ꝓphetarū·
Trāſlatuſqꝫ eſt iſrl' de terra ſua in aſſirios
vſqꝫ in diē hāc· Adduxit aūt rex aſſirioꝝ
de babilone et de cutha· et de achiat·et de
emath et de ſepharuaim: et collocauit eos
in ciuitatibꝫ ſamarie p filijs iſrl'· Qui poſſi
derūt ſamariā: et habitauerūt in vrbibus
eius· Cūqꝫ ibi habitāe cepiſſēt nō timebāt
dñm·et immiſit eis dñs leones: q̄ interficie
bāt eos· Nūciatūqꝫ eſt regi aſſirioꝝ ⁊ dic
tum· Gentes quas trāſtuliſti et habitare
feciſti in ciuitatibꝫ ſamarie ignorāt legiti
ma dei terre: et immiſit in eos dñs leones ⁊
ecce interficiūt eos: eo qđ ignorēt ritū dei
terre· Precepit aūt rex aſſirioꝝ dicēs· Du
cite illuc vnū de ſacerdotibꝫ quos inde cap
tiuos adduxiſtis: vt vadat et habitet cuz
eis: et doceat eos legitima dei terre· Igiť
cū veniſſet vnꝰ de ſacerdotibꝫ hijs qui cap
tiui ducti fuerāt de ſamaria habitauit in be
thel: et docebat eos quō colerent dñm· Et
vnaqueqꝫ gens fabricata eſt deū ſuū· Po
ſuerūtqꝫ eos in fanis excelſis que fecerant
ſamarite gens et gens in vrbibꝫ ſuis: in q̄
bus habitabāt viri enī babilonij fecerunt
ſochot benoth: viri aūt cutheni fecerūt ner
gel: et viri de emath fecerūt aſuna· Porro
euei fecerunt nebaā ⁊ tachā hij aūt q̄ erāt
de ſepharuaim cōburebant filios ſuos igni
ad ramelech ⁊ anamalech dijs ſepharuai:
et nichilominꝰ colebāt dñm· Fecerūt autē
ſibi de nouiſſimis ſacerdotes excelſoꝝ: ⁊ po
nebāt eos in fanis ſublimibꝫ· Et cū dñm co
lerent: dijs q̄ꝫ ſuis ſeruiebāt iuxta cōſuetudi
nem gentiū de quibꝫ trāſlati fuerāt ſama
riam· Vſqꝫ in p̄ntem diem morē ſequūtur
antiquū· Nō timēt dñm: neqꝫ cuſtodiūt ce
rimonias eiꝰ atqꝫ iudicia et legem et man
datū qđ p̄cepat dñs filijs iacob quē cōgno
minauit iſrl': et ꝓcuſſerat cū eis pactum·et

mandauerat eis dicēs. Nolite timere deos
alienos et nō adoretis eos neqꝫ colatis eos
⁊ nō immoletis eis: ſꝫ dn̄m deū vr̄m q̄ edux
it vos de terra egipti i fortitudine magna
et in brachio extento. ip̄m timete et illum
adorate: et ip̄i immolate. Cerimonias qꝫ ⁊
iudicia legem et mādatū qđ ſcripſit vobis
cuſtodite vt faciatis cūctis diebꝫ: et nō ti
meatis deos alienos Et pactū qđ ꝑcuſſit vo
biſcū nolite obliuiſci: nec colatis deos alie-
nos ſed dn̄m deū veſtrū timete: ⁊ ip̄e eruet
vos de manu oīm inimicoꝝ vr̄oꝝ. Illi ve-
ro nō audierūt: ſed iuxta ꝯſuetudinē ſuam
ꝓſtinā ꝑpetrabāt. Fuerūt igit̄ gentes iſte
timētes quidē dn̄m: ſed nichilominꝰ ⁊ ydo
lis ſuis ſeruientes. Nā filij eoꝝ et nepotes ſi
cut fecerūt patres ſui ita faciūt: in p̄ntē diē

CAPITVLVM XVIII

Anno tercio oſee filij hela regis iſ-
rahel r̄gnauit ezechias filiꝰ achā
regis iuda. Viginti quinqꝫ annoꝝ erat cum
regnare cepiſſet et viginti nouē annis reg
nauit in ih̄rlm. Nomē mr̄is eius abiſa filia
zacharie Fecitqꝫ qđ erat bonū coram dn̄o:
iuxta om̄ia que fecerat dauid pat̄ eiꝰ. Ip̄e
diſſipauit excelſa: et ꝯtriuit ſtatuas ⁊ ſuc
cidit lucos: ꝯfregitqꝫ ſerpentē ereū quē fe-
cerat moyſes ſiquidē vſqꝫ ad illud tempus
filij iſrl̄ adolebat ei incēſum. Vocauitqꝫ no
men eius nohestan. Et in dn̄o deo iſrl̄ ſpera
uit. Itaqꝫ poſt eū non fuit ſimilis ei de cūc
tis regibꝫ iuda ſed neqꝫ in hijs qui ante eū
fuerūt: et adheſit dn̄o: et nō receſſit a veſti
gijs eius: fecitqꝫ mādata eius que p̄cepat
dn̄s moyſi vnde et erat dominꝰ cū eo: et in
cūctis ad que ꝓcedebat ſapientē ſe agebat.
Rebellauit qꝫ ꝯtra regē aſſirioꝝ: et nō ſerui-
uit ei Ip̄e ꝑcuſſit philiſteos vſqꝫ ad gazā.
et om̄es t̄minos eoꝝ: a turre cuſtodū vſqꝫ
ad ciuitatē munitam Anno quarto regis
ezechie qui erat annꝰ ſeptimꝰ oſee filij he
la regis iſrl̄ aſcēdit ſalmanaſar rex aſſirio-
rum ſamariā: et oppugnauit eam et cepit.
Nam poſt ānos tres anno ſexto ezechie id
eſt nono āno oſee regis iſrl̄ capta eſt ſama
ria: ⁊ tranſtulit rex aſſirioꝝ iſrl̄ in aſſirios.
collocauitqꝫ eos in hayla et in abor fluuijs
gozan in ciuitatibꝫ medoꝝ: q2 nō audierūt
vocē dn̄i dei ſui. ſed p̄tergreſſi ſunt pactum
eius Om̄ia que p̄cepat moyſes ſeruꝰ domini

non audierūt neqꝫ fecerūt. Anno quartodecimo r̄gis ezechie aſcēdit ſennacherib rex
aſſirioꝝ ad vniuerſas ciuitates iuda muni-
tas: et cepit eas Tūc miſit ezechias rex iu
da nuncios ad regem aſſirioꝝ in lachis di-
cens. Peccaui. Recede a me: et om̄e qđ in
poſueris michi ferā. Indixit itaqꝫ rex aſſi-
rioꝝ ezechie regi iude trecenta talenta ar-
genti et triginta talenta auri Deditqꝫ eze
chias om̄e argentū qđ repertum fuerat i do
mo dn̄i: ⁊ in theſauris regis In t̄pe illo cō
fregit ezechias valuas templi domini ⁊ la
minas auri quas ip̄e affixerat: ⁊ dedit eas
regi aſſirioꝝ. Miſit aūt rex aſſirioꝝ thatā
et rapſaris et rapſacē de lachis ad regem
ezechiam cū manu valida ih̄rlm. Qui cum
aſcendiſſent venerūt ih̄rlm et ſteterūt iuxta
aqueductū piſcine ſuperioris que eſt i via
agri fullonis: vocaueruntqꝫ regē. Egreſſus
eſt autē ad eos eliachim filiꝰ elchie ꝓpoſi-
tus domus et ſobna ſcriba et ioahe filius
aſaph a comentarijs: dixitqꝫ ad eos rapſa-
ces. Loquimini ezechie. Hec dicit rex ma-
gnus: rex aſſirioꝝ Que eſt iſta fiducia q̄ ni
teris? Forſitan iniſti ꝯſiliū: vt ꝓpares te ad
p̄lium. In quo ꝯfidis: vt audias rebellāe?
An ſperas in baculo arundineo atqꝫ ꝯfrac
to egipto? Sup quē incubuerit homo: cōmi
nutus ingredietur manū eiꝰ: et pforabit eā
Sic eſt pharao rex egipti. om̄ibꝫ qui cōfi-
dūt in ſe. Quod ſi dixeritis michi in domino
deo nr̄o habemꝰ fiduciā: nōne iſte eſt cuiꝰ
abſtulit ezechias excelſa et altaria. et p̄ce
pit iude et ih̄rlm ante altare hoc adorabitis
in ih̄rlm? Nūc igit̄ tranſite ad dn̄m meū re
gem aſſirioꝝ: ⁊ dabo vobis duo milia equo
rum: et videte an habere valeatis aſcenſo-
res eoꝝ. Et quomodo poteſtis reſiſtere an
vnū ſatrapam de ſeruis domini mei minimis?
An fiduciā habes in egipto ꝓpter currꝰ et
equites? Nūquid ſine domini volūtatē aſcē
di ad locū iſtū: vt demolirer eū? Dominus
dixit michi. Aſcende ad terrā hanc: ⁊ demo
lire eam. Dixerūt aūt eliachim filiꝰ elchie
et ſobna ſcriba ⁊ ioahe rapſaci. Precamur
vt loquaris nobis ſeruis tuis ſiriace. ſiquidē
intelligimꝰ hāc linguā: et nō loquaris no-
bis iudaice audiēte ꝑplo: q̄ eſt ſup murū.
Reſp̄ōditqꝫ eis rapſaces dicēs. Nunq̄d ad
dominū tuū ⁊ ad te miſit me dominꝰ meus

vt loquerer ſmones hos · et non potius ad
viros qui ſedēt ſup murū vt comedāt ſter
coza ſua: et bibāt vrinā ſuā vobiſcū? Ste-
tit itaqꝫ rapſaces: et exclamauit voce mag
na iudaice ⁊ ait. Audite v̄ba r̄gis magni:
regis aſſirioꝝ· Hec dicit rex· Nō vos ſedu
cat ezechias· Nō em̄ poterit eruere vos de
manu mea · neqꝫ fiduciā vobis tribuat ſup
dn̄m dicēs· Eruēs liberabit nos dn̄s: et nō
tradetur ciuitas hec in manu regis aſſirio-
rum· Nolite audire ezechiam· Hec em̄ di-
cit rex aſſirioꝝ · Facite mecū qd̄ vobis eſt
vtile: et egredimini ad me · Et comedet
vnuſquiſqꝫ de vinea ſua· et de ficu ſua ⁊ bi-
betis aquas d̄ ciſternis veſtris: donec veniā
⁊ transferā vos in terrā que ſimilis ē t̄re ve-
ſtre· in terrā fructiferā et fertilē vini· ter-
ram panis et vineaꝝ · terrā oliuaꝝ et olei
ac mellis: et viuetis et nō moriemini · Noli
te audire ezechiā qui vos decipit dicēs: do-
minꝰ liberabit nos. Nūquid liberauerūt dij
gentiū terrā ſuā de manu regis aſſirioꝝ?
Vbi eſt deus emath ⁊ arphat? Vbi eſt deꝰ
ſapharuaim ana et aua? Nūquid liberaue
rūt ſamariā de manu mea? Qui nā illi ſunt
in vniuerſis dijs terraꝝ qui eruerūt regio
nem ſuā de manu mea: vt poſſit eruere dn̄s
ihr̄lm de manu mea? Tacuit itaqꝫ ꝑplus: ⁊
nō rn̄dit ei quicq̄· Siquidē p̄ceptū regis
accepāt: vt n̄ rn̄derēt ei· Venitqꝫ eliachim
filiꝰ helchie ꝑpoſitus domꝰ ⁊ ſobna ſcriba ⁊
ioahe filiꝰ aſaph a comentarijs ad ezechiā
ſciſſis veſtibꝰ: et nūciauerūt ei verba rapſa
cis·

## CAPITVLVM· ·XIX·

Que cū audiſſet ezechias rex ſcidit
veſtimēta ſua· et opertꝰ eſt ſacco:
ingreſſuſqꝫ eſt domum dn̄i: ⁊ miſit
eliachim ꝑpoſitū domꝰ et ſobnā ſcribā · et
ſenes de ſacerdotibꝰ optos ſaccis ad yſaiā
ꝓpham filiū amos· Qui dixerūt · Hec dicit
ezechias · Dies tribulatōnis et increpatio
nis et blaſphemie dies iſte · Venerunt filij
vſqꝫ ad partū: et vires nō habet pturiens·
Si forte audiat dn̄s deꝰ tuus vniuerſa ver
ba rapſacis quē miſit rex aſſirioꝝ dn̄s ſuꝰ
vt exprobraret deū viuētē et argueret ver
bis que audiuit dn̄s deus tuꝰ: et fac oratio
nem ꝓ reliquijs que reperte ſunt· Venerūt ḡ
ſerui regis ezechie ad yſaiam· Dixitqꝫ eis
yſaias· Hec dicetis dn̄o v̄ro· Hec dicit dn̄s
Noli timere a facie ſmonū quos audiſti:
quibꝰ blaſphemauerūt pueri regis aſſirio-
rū me· Ecce ego immittā ei ſpiritū et audiet
nūciū· et reuertet̄ in terrā ſuā: et deiciā eū
gladio in terra ſua · Reuerſus eſt ḡ rapſa-
ces: et inuenit regē aſſirioꝝ expugnātem
lobnā · Audierat em̄ ꝙ receſſiſſet de lachis
Cūqꝫ audiſſet de tharacha rege ethiopie
dicētes· ecce egreſſus eſt vt pugnet adu-
ſum te et iret ɔt̄ eū: miſit nūcios ad ezechi
am dicēs· Hec dicite ezechie regi iuda· Nō
te ſeducat deus tuꝰ in quo habes fiduciā:
neqꝫ dicas· nō tradet̄ ihr̄lm in manus regis
aſſirioꝝ· Tu em̄ ipe audiuiſti que fecerūt
reges aſſirioꝝ vniūſis terris: quo vaſtaue
rūt eas· Nū ḡ ſolus poteris liberari? Nun-
quid liberauerūt dij gētiū ſingulos quos
vaſtauerūt p̄res mei gozā videlicet et arā
et reſeph et filius edē· qui erāt i thelaſſar?
Vbi eſt rex emath et rex arphat et rex ci-
uitatis ſepharuaim ana ⁊ aua? Itaqꝫ cum
accepiſſet ezechias litteras de manu nūcio
rū et legiſſet eas: aſcendit in domū dn̄i et
expandit eas corā dn̄o: ⁊ orauit in ɔſpectu
eius dicēs · Dn̄e deꝰ iſrl̄ q̄ ſedes ſup cheru-
bim tu es deꝰ ſolus regū oim̄ terre: tu feci-
ſti celū et t̄rā· Inclina aurem tuā et audi·
Aperi dn̄e oculos tuos et vide: et audi oīa
verba ſenacherib: que miſit vt exprobraret
nobis deū viuentē· Vere dn̄e diſſipauerunt
reges aſſirioꝝ gentes et terras oim̄: et mi
ſerūt deos eoꝝ in ignē· Nō em̄ erāt dij: ſed
opa manuū hoim ex ligno et lapide: et per-
diderūt eos· Nūc igit̄ dn̄e deꝰ noſter ſaluos
nos fac de manu eoꝝ: vt ſciāt oīa regna
terre q2 tu es dn̄s deꝰ ſolus· Miſit aūt yſa-
ias filiꝰ amos ad ezechiā dicēs · Hec dicit
dn̄s deꝰ iſrl̄ Que deprecatus es me ſup ſen-
nacherib rege aſſirioꝝ audiui. Iſte eſt ſmo
quē locutus eſt dn̄s de eo· Spreuit te et ſb
ſānauit te virgo filia ſyō: poſt tergū tuum
caput mouit filia iheruſalem. Cui exprobra
ſti: et quē blaſphemaſti? Cōtra quē exalta
ſti vocē tuā: et eleuaſti in excelſum oculos
tuos? Cōtra ſanctū iſrl̄· Per manū ſuoꝝ
tuoꝝ exprobraſti dn̄o: et dixiſti· In multi-
tudine curruū meoꝝ aſcendi excelſa mon
tiū in ſūmitate libani: ⁊ ſuccidi ſblimas ce
dros eiꝰ: et electas abietas illiꝰ· Et ingreſ
ſus ſū vſqꝫ ad t̄minos eius: et ſaltū cāmeli

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

eius ego ſuccidi. Et bibi aquas alienas. et
ſiccaui veſtigijs pedum meoꝝ̄ oīs aquas
clauſas. Nunq̄d nō audiſti q̄d ab inicio fe-
cerim? Ex diebus antiq̄s plaſmaui illud: ⁊
nūc adduxi Erūtq; in ruinā colliū ꝯpugnā
tiū ciuitates munite: et q̄ ſedent in eis hu-
miles manu. Cōtremuerūt et ꝯfuſi ſunt: fa-
cti ſunt velud fenum agri. et virens herba
tectoꝝ: q̄ arefacta eſt anteq̄ veniret ad ma-
turitatē. Habitaculum tuum et egreſſum
tuū et introitum tuum et viam tuam ego
preſciui: et furorē tuum contra me. Inſa-
niſti in me: ⁊ ſupbia tua aſcendit in aures
meas Ponam itaq; circulū in naribꝫ tuis.
et chamum in labijs tuis: et reducā te in vi
am p quā veniſti Tibi aūt ezechia hoc erit
ſignum Comede hoc anno que repereris: in
ſecūdo aūt anno q̄ ſponte naſcūtur. Porro
in anno tercio ſeminate et metite: plātate
vineas ⁊ comedite fructū eaꝝ. Et q̄dcūq;
reliquū fuerit d̄ domo iuda mittet radicem
deorſum: et faciet fructū ſurſum De ihr̄l'm
quippe egredient̄ur reliquie: et q̄d ſaluetur
de monte ſyon. Zelus domini exercituū fa
ciet hoc. Quāobrē h̄ dicit dn̄s de rege aſſi-
rioꝝ. Non ingredient̄ vrbem hāc. nec mit-
tet in eam ſagittā: nec occupabit eam cli-
peꝰ: nec circūdabit eam munitio. Per viā
qua venit reuertet̄: et ciuitatem hanc non
ingredient̄ dic̄ dominꝰ: ꝓtegāq; vrbem hāc
et ſaluabo eā. ꝓpter me ⁊ ꝓpter dauid ſuū
meū. Factum eſt igit̄ in nocte illa venit an-
gelus dn̄i: et pcuſſit in caſtris aſſirioꝝ cen
tū octogintaq̄nq; milia. Cūq; diluculo ſur-
rexiſſet vidit oīa corpa mortuoꝝ: ⁊ rece
dens abijt. ⁊ reūſus eſt ſennacherib rex aſſi
rioꝝ: et mā ſit in niniue. Cumq; adoraret in
templo neſrach deū ſuū atramelech et ſa-
raſar filius eiꝰ pcuſſerunt eū gladio: fuge
runtq; in terrā armenioꝝ: et regnauit aſa
radon filiꝰ eius p eo. CA. XX.

In diebus illis egrotauit ezechias vſq; ad
mortē: et venit ad eū yſaias filiꝰ amos pro
phetes: dixitq; ei. Hec dic̄ dn̄s deꝰ. Prece
pi domui tue. Morieris eñi tu: et nō viues
Qui ꝯuertit faciē ſuā ad parietē: et adora
uit dn̄m dicēs. Obſecro dn̄e: memēto que-
ſo q̄uo ambulauerim corā te in veritate et
in corde pfecto: et q̄d placitū eſt corā te fe
ceri. Fleuitq; itaq; ezechias fletu magno
et anteq̄ egrederet̄ yſaias mediā ptē atrij
factꝰ eſt ſmo dn̄i ad eū dicēs. Reuertere:
et dic ezechie duci ppl'i mei. Hec dicit dn̄s
deꝰ dauid patris tui. Audiui oratōnē tuā:
vidi lacrmam tuā: et ecce ſanaui te. Die ter
cio aſcēdēs templū dn̄i: et addā diebꝫ tuis
q̄ndecim annos. Sed et de manu regis aſſi
rioꝝ liberabo te et ciuitatē hāc: et ꝓtegaꝫ
vrbē iſtam ꝓpter me et ꝓpter dauid ſuum
meū. Dixitq; yſaias. Afferte maſſā ficoꝝ.
Quā cū attuliſſent et poſuiſſēt ſuper vlcus
eius curatus eſt. Dixerat aūt ezechias ad
yſaiā. Quod erit ſignū q2 dn̄s me ſanabit:
et quia aſcenſurus ſum die tercia templū
dn̄i? Cui ait yſaias. Hoc erit ſignū a domi-
no: q̄d facturꝰ ſit dominus ſmonē quē locu
tus eſt. Vis vt aſcēdat vmbra decē lineis:
aut vt reūtat̄ totidē gdibꝫ? Et ait ezechi
as. Facile eſt vmbrā creſcē decē lineis Nec
hoc volo vt fiat: ſed vt reūtat̄ retrorſum de
cem gradibꝫ Inuocauit itaq; yſaias ꝓpħa
dominū: et reduxit vmbrā p lineas quibus
iam deſcenderat in horologio achas retror
ſum decem gradibꝫ. In tpe illo miſit mero
dach baladā filiꝰ baladā rex babiloniorū
litteras et munera ad ezechiam. Audierat
eñi q̄d egrotaſſet ezechias. Letatus ē aūt
in aduentu eoꝝ ezechias: ⁊ oſtendit eis do
mū aromatū. et aurū ⁊ argentū et pigmē
ta varia: vngenta q̄ꝫ ⁊ domū vaſoꝝ ſuoꝝ
et oīa q̄ habere poterat in theſauris ſuis.
Nō fuit q̄d nō mōſtraſſet eis ezechias i do
mo ſua: et in oīi poteſtate ſua. Venit autē
yſaias ꝓpħa ad regem ezechiā: dixitq; ei.
Quid dixerūt viri iſti: aut vnde venerūt ad
te? Cui ait ezechias. De terra longinq̄ ve-
nerūt ad me: de babilone. At ille reſpōdit.
Quid viderūt in domo tua? Ait ezechias.
Omnia quecūq; ſunt in domo mea. viderunt
Nichil eſt eñi q̄d nō mōſtrauerim eis i the
ſauris meis. Dixit itaq; yſaias ezechie Au
di ſmonē dn̄i Ecce dies venient̄: ⁊ auferent̄
oīa que ſūt i domo tua. ⁊ q̄ ꝯdiderūt pres
tui vſq; in diē hāc in babilonē. Nō remane
bit q̄cq̄ ait dn̄s Sed ⁊ de filijs tuis q̄ egre
dient̄ ex te quos gn̄abis tollerent̄: et erunt
eunuchi in palacio regis babilonis. Dixit
ezechias ad yſaiā. Bonus ſmo domini quē
locutus eſt. Sit tm̄ pax et veritas in diebꝫ
meis. Reliqua aūt ſmonū ezechie et oīs

fortitudo eius ⁊ quō fecerit piſcinā ⁊ aque
ductū ⁊ introduxerit aquas in ciuitatē: nō
ne hec ſcripta ſunt in libro ſmonū dieꝝ re
gum iuda? Dormiuitq; ezechias cū patri
bꝫ ſuis: et regnauit manaſſes filiꝰ eiꝰ ꝓ eo.

CAPITVLVM XXI.

b Vodecim annorum erat manaſſes
cū regnare cepiſſet: et qn̄quagin-
taqn̄q; annis regnauit in ihrl'm Nomē ma
tris eiꝰ aphiſiba. Fecitq; malū in cōſpectu
dn̄i: iuxta ydola gentiū quas deleuit dn̄s a
facie filioꝝ iſrl'. Conuerſuſq; eſt et edifica
uit excelſa que diſſipauerat ezechias pat̄
eius: et erexit aras baal ⁊ fecit lucos ſicut
fecerat achab rex iſrl': et adorauit om̄em
militiā celi et coluit eam. Extruxitq; aras
in domo domini de qua dixit dn̄s in ihrl'm po
nā nomē meū: et extruxit altaria vniuerſe
militie celi. in duobꝫ atrijs templi domini.
Et traduxit filiū ſuū ꝑ ignē: et ariolatus ē
et obſeruauit auguria. et fecit phitones. ⁊
aruſpices multiplicauit: vt faceret malū
corā dn̄o et irritaret eū. Poſuitq; ydolū lu
ci quē fecerat in templo dn̄i: ſup quo locu-
tus eſt dn̄s ad dauid et ad ſalomonē filium
eius. In templo hoc et in ihrl'm quē elegi d̄
cūctis tribubꝫ iſrl' ponā nomē meū in ſempi
ternū: et vltra nō faciā cōmoueri pedē iſra-
hel de terra quā dedit pr̄ibꝫ eoꝝ ſi cuſtodie
rint ope om̄ia que p̄cepi eis et vniuerſā le-
gem quā mādauit eis ſuꝰ meus moyſes.
Illi vero non audierunt: ſeducti ſunt a ma
naſſe: vt facerēt malū ſup gentes quas cō
triuit dn̄s a facie filioꝝ iſrl'. Locutuſq; eſt
dn̄s in manu ſuoꝝ ſuoꝝ ꝓphetaꝝ dicens.
Quia fecit manaſſes rex iuda abhominacō
nes iſtas peſſimas ſup om̄ia q̄ fecerūt amō
rei ante eū et peccare fecit etiā iudā in im-
mūdicijs ſuis: ꝓpterea hec dic̄ dn̄s deꝰ iſrl'.
Ecce ego inducā mala ſup ihrl'm et iudā:
vt quicunq; audierit tinniant ambe aures
eius. Et extendā ſup ihrl'm funiculū ſama
rie et pondus domꝰ achab: et delebo ihrl'm
ſicut deleri ſolēt tabule. Delens vertam: et
ducā crebriꝰ ſtilū ſup faciē eiꝰ. Dimittam
vero reliquias hereditatis mee et tradam
eas in manus inimicoꝝ eiꝰ: eruntq; in vaſti
tatē ⁊ i rapinā cūctis adūſarijs ſuis eo qđ
fecerint malū corā me: et pſeuerauerūt ir
ritantes me ex die qua egreſſi ſunt patres
eoꝝ ex egipto vſq; ad hāc diem. Inſuper
et ſanguinē innoxiū fudit manaſſes multū
nimis donec impleret ihrl'm vſq; ad os: abſ
q; pc̄tis ſuis quibꝫ peccare fecit iudā vt fa
ceret malū corā dn̄o. Reliqua autē ſmonū
manaſſe ⁊ vniuerſa que fecit. et pc̄tm eius
qđ peccauit: nōne hec ſcripta ſunt in libro
ſmonū dieꝝ r̄gū iuda? Dormiuitq; manaſ
ſes cū pr̄ibꝫ ſuis: et ſepultus eſt in orto do-
mus ſue. in orto ozam: et regnauit amon fi
lius eius pro eo. Viginti duoꝝ annoꝝ erat
amon cū regnare cepiſſet: duobꝫ q̄q; annis
regnauit in ihrl'm Nomē mr̄is eiꝰ meſſalle
meth filia arus de ietheba. Fecitq; malum
in cōſpectu dn̄i ſic̄ fecerat manaſſes pat̄ eiꝰ:
et ambulauit in om̄i via ꝑ quā ambulaue-
rat pat̄ eiꝰ. Seruiuitq; immūdicijs quibus
ſeruiebat pat̄ eiꝰ et adorauit eas: et dereliq̄t
dn̄m deū patrum ſuoꝝ: et nō ambulauit in
via dn̄i. Tetenderūtq; ei inſidias ſerui ſui: ⁊
interfecerūt regē in domo ſua. Percuſſit aūt
ꝓplus terre om̄es qui cōiurauerāt cōtra regē
amon: et cōſtituerūt ſibi regē ioſiā filiū eiꝰ
ꝓ eo. Reliqua aūt ſmonū amon que fecit:
nōne hec ſcripta ſunt in libro ſmonū dierū
regū iuda? Sepelieritq; eū in ſepulcro ſuo i
orto ozam: ⁊ regnauit ioſias filiꝰ eius ꝓ eo

CAPITVLVM. .XXII.

o cto annoꝝ erat ioſias cū regnāe ce
piſſet: et trigintauno anno regna
uit in ihrl'm. Nomen matris eiꝰ ydida filia
phadaia de beſechat. Fecitq; qđ placitum
erat corā domino: et ambulauit ꝑ om̄es vi
as dauid patris ſui. Nō declinauit ad dexte
ram ſiue ad ſiniſtram. Anno autē octauode
cimo regis ioſie miſit rex ſaphan filiū aſſia
filij meſulam ſcribā templi dn̄i: dicens ei.
Vade ad helchiam ſacerdotē magnū vt cō
fletur pecunia q̄ illata eſt in tēplū dn̄i q̄m
collegerūt ianitores templi a ꝓplo: deturq;
fabris per ꝓpoſitos domus dn̄i. Qui et dıſtri
buant eam hijs q̄ operantur in templo domi
ni ad inſtaurāda ſartatecta templi. tigna
rijs videlicet et cementarijs. et hijs q̄ inter
rupta cōponunt: et vt emātur ligna et lapi
des de lapicidinis ad inſtaurādum templū
dn̄i. Verūtn̄ nō ſupputet̄ eis argētū qđ ac-
cipiunt: ſed in poteſtate habeant et in fide.
Dixit aūt helchias pontifex ad ſaphā ſcri
bam. Librum legis reperi in domo domini.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Deditqȝ helchias volumē ſaphan ſcribe: q̄
et legit illud Venit qȝ ſaphan ſcriba ad re
gem: et renūciauit ei qđ pceperat: ⁊ ait. Cō
flauerūt ſerui tui pecuniā que reperta eſt in do
mo dñi: ⁊ dederūt vt diſtribuerent fabris ac
pfectis operū tēpli dñi. Narrauit quoqȝ ſa
phan ſcriba regi dicens. Librū dedit mihi
helchias ſacerdos. Quē cū legiſſet ſaphan
corā rege. ⁊ audiſſet rex v̄ba libri legis do
mini ſcidit veſtimēta ſua: et pcepit helchie
ſacerdoti et ahichā filio ſaphan et achobor
filio micha ⁊ ſaphā ſcribe. ⁊ aſaie ſuo r̄gis
dicēs Ite et ↄſulite dñm ſup me ⁊ ſup po-
pulo ⁊ ſup omī iuda. de verbis voluminis iſti9
qđ inuentū eſt. Magna enī ira dñi ſuccēſa
eſt ↄtra nos: quia nō audierūt patres nr̄i v̄
ba libri hui9 vt facerēt omē qđ ſcriptū eſt
nob. Ierūt itaqȝ helchias ſacdos ⁊ ahichā
et achobor et ſaphan et aſaia ad oldam p-
phetē vxorē ſellū filij thecue filij aras cuſto
dis veſtiū que habitabat in ihrlm in ſcđa:
locutiqȝ ſunt ad eam Et illa rn̄dit eis. Hec
dicit dñs de9 iſrl. Dicite viro qui miſit vos
ad me. Hec dicit dñs. Ecce ego adducam
mala ſup locū iſtū et ſup habitatores eius
omīa v̄ba legis q̄ legit rex iuda: qr dereliq-
rūt me ⁊ ſacrificauerūt dijs alienis irritantes
me in cūctis operib9 manuū ſuarū. Et ſuccē
detur indignatiō mea in loco h: ⁊ non exting
uetur. Regi aūt iuda qui miſit vos vt ↄſulere
tis dñm ſic dicetis. Hec dicit dñs deus iſrl.
Pro eo qđ audiſti verba voluminis et per-
territū eſt cor tuū et humiliatus es coram
dño. auditis ſmonib9 ↄtra locū iſtū et ha-
bitatores ei9 qđ videlicet fierēt in ſtuporē
et in maledictū et ſcidiſti veſtimēta tua. et
fleuiſti corā me et ego audiui ait dñs: idcir
co colligā te ad prēs tuos. et colligeris ad
ſepulcrū tuū i pace: vt nō videāt oculi tui
omīa mala q̄ introductur9 ſū ſup locū iſtū

CAPITVLVM .XXIII.

Et renūciauerunt regi qđ dixerat
Qui miſit: et cōgregati ſunt ad eū
omēs ſenes iuda et ihrlm. Aſcenditqȝ rex
templū dñi. et omēs viri iuda vniuerſiqȝ q̄
habitabāt in ihrlm cū eo ſacerdotes ⁊ pro
phete et omīs pplus a paruo vſqȝ ad mag-
nū: legitqȝ cūctis audiētib9 omīa verba li-
bri federis qui inuētus eſt in domo dñi Ste
titqȝ rex ſup gradū et fedus pcuſſit coram

domino: vt ambularēt poſt dñm. et cuſto-
dirēt pcepta eius et teſtimonia et cerimo-
nias in omī corde et in tota anima: et ſuſci-
tarēt verba federis hui9 que ſcripta erant
in libro illo. Acqeuitqȝ pplus pacto Et pre
cepit rex helchie pōtifici et ſacerdotib9 ſe-
cūdi ordinis et ianitorib9 vt picerēt de tē
plo dñi omīa vaſa que facta fuerāt baal ⁊
in luco et vniuerſe militie celi: et conbuſſit
ea foris ihrlm in ↄualle cedron: et tulit pul
uerē eorū in bethel. Et deleuit aruſpices
quos poſuerāt reges iuda ad ſacrificandū
in excelſis p ciuitates iuda et i circūitu ihe
ruſalē: et eos qui adolebāt incēſum baal et
ſoli et lune et duodecim ſignis et omī mili-
tie celi. Et efferri fecit lucū de domo domi-
ni foras ihrlm in ↄualle cedron ⁊ ↄbuſſit eū
ibi et redegit in puluerē: et piecit ſupra ſe
pulcra vulgi Deſtruxit qȝ ediculas effemi
natorū que erāt in domo dñi: p q̄b9 mulie-
res texebāt quaſi domūculas luci. Cōgre-
gauitqȝ omēs ſacerdotes de ciuitatibus iu
da: et ↄtaminauit excelſa vbi ſacrificabant
ſacerdotes. de gabaa vſqȝ berſabee. Et de
ſtruxit aras portarū in introitu oſtij ioſue
pncipis ciuitatis: qđ erat ad ſiniſtrā porte
ciuitatis Verūtamē nō aſcendebāt ſacerdo
tes excelſorū ad altare dñi in ihrlm: ſed tā
tum comedebāt azima i medio fratrū ſuo
rū. Cōtaminauit qȝ topheth quod eſt in cō
ualle filij ennon: vt nemo ↄſecrēt filiū ſuū
aut filiā p ignē moloch. Abſtulit qȝ eq̄s
quos dederāt reges iude ſoli in introitu tē-
pli domini iuxta exedrā nathamelech eu-
nuchi: qui erūt in pharurim: curr9 aut ſo-
lis cōbuſſit igni. Altaria qȝ que erat ſuper
tecta cenaculi achas. que fecerāt reges iu
da et altaria que fecerat manaſſes in duo
bus atrijs tēpli dñi deſtruxit rex: et cucur
rit inde ⁊ diſperſit cinerē eorū in torrentem
cedron. Excelſa qȝ q̄ erāt in ihrlm ad dexte
ram ptē mōtis offēſionis q̄ edificauerat ſa
lomon rex iſrl aſtaroth ydolo ſydoniorū et
chamos offēſioni moab. et melchon abomi
nacōni filiorū āmon polluit rex: et contriuit
ſtatuas et ſuccidit lucos: r̄pleuitqȝ loca eo
rū oſſib9 mōtuorū. Inſup et altare qđ erat
in bethel et excelſū qđ fecerat ierob oam fi
lius nabath qui peccare fecit iſrl. et altare
illđ excelſū dſtruxit atqȝ ↄbuſſit ⁊ comminuit

in puluerē: ſuccēditq̧ etiā lucū. Et cōuſus
ioſias vidit ibi ſepulcra que erāt in mōte:
miſitq̧ et tulit oſſa de ſepulcris. et cōbuſſit
ea ſup altare: ⁊ polluit iuxta verbū domini
qđ locutus eſt vir dei qui ꝑdixerat verba hec
Et ait. Quis eſt titulus ille quē video? Re
ſpōderūtq̧ ei ciues vrbis illiꝰ. Sepulcrum
eſt hominis dei qui venit de iuda: et ꝑdixit
verba hec que feciſti ſup altare bethel. Et
ait. Dimittite eū. Nemo ↄmoueat oſſa eiꝰ
Et intacta māſerūt oſſa illiꝰ. cū oſſibꝫ pro
phete qui venerat de ſamaria. Inſup ⁊ om
nia fana excelſorū que erāt in ciuitatibꝫ ſa
marie q̄ fecerāt reges iſrl' ad irritandū do
minū abſtulit ioſias: et fecit eis ſcđm oīa
que fecerat i bethel. Et occidit vniūſos ſa
cerdotes excelſorū q̄ erāt ibi ſup altaria: ⁊
ↄbuſſit oſſa humana ſup ea. Reuerſuſq̧ eſt
ihrlm: ⁊ ꝑcepit oīi ꝑplo dicēs. Facite pha
ſe dño deo vr̄o: ſcđm qđ ſcriptū eſt in libro
federis huiꝰ. Nec eīm factū eſt phaſe tale a
diebꝫ iudicū qui iudicauerunt iſrl' et oīm
dierꝫ regū iſrl' ⁊ regū iuda: ſicut in octauode
cimo anno regis ioſie factū eſt phaſe iſtud
dño in ihrlm. Sed et phitones et ariolos ⁊
figuras ydolorꝫ. et immūdicias ⁊ abomina
cōnes que fuerūt in t̄ra iuda ⁊ ihrlm abſtu
lit ioſias: vt ſtatueret verba legis q̄ ſcrip-
ta ſunt in libro quē inuenit helchias ſacer-
dos in templo dñi. Similis ille non fuit an
te eū rex. q̄ reuerteret̄ ad dñm in omni corde
ſuo et in tota anima ſua et vniuerſa virtu
te ſua iuxta oēm legē moyſi: neq̧ poſt eū
ſurrexit ſimilis illi. Verūtamē nō eſt auer-
ſus dñs ab ira furoris ſui magni: quo ira-
tus eſt furor eius ↄtra iudā ꝓpter irritacō
nes quibꝫ ꝓuocauerūt eū manaſſes. Dixit
itaq̧ dñs. Etiā iudā auferā a facie mea ſicut
abſtuli iſrl': ⁊ ꝓiciam ciuitatē hāc quā ele
gi ihrlm et domum de qua dixi. erit nomen
meū ibi. Reliqua aūt ſmonū ioſie et vniū-
ſa q̄ fecit: nōne hec ſcripta ſunt in libro ver-
borꝫ dierꝫ regū iuda? In diebꝫ eiꝰ aſcēdit
pharao nechao rex egipti ↄtra regē aſſirio
rum ad flumē eufraten. Et abijt ioſias rex
in occurſum eiꝰ: et occiſus eſt in mageddo
cū vidiſſet eū. Et portauerūt eū ſui ſui mō
tuū de maggeddo. et ꝑtulerūt in ihrlm: et
ſepelierūt eū in ſepulcro ſuo. Tulitq̧ popu
lus terre ioachā filiū ioſie. ⁊ vnxerūt eū: ⁊
ↄſtituerūt eū regem ꝓ patre ſuo. Viginti
triū ānorꝫ erat ioachā cū regnāe cepiſſet:
et tribꝫ menſibꝫ regnauit in ihrlm. Nomen
mr̄is eius amithal: filia iheremie de lobna.
Et fecit malū corā dño: iuxta oīa que fe
cerāt pr̄es eiꝰ vinxitq̧ eū pharao nechao
in reblata. que ē in t̄ra emath: ne regnaret
in ihrlm. Et impoſuit mulctā t̄re centū ta-
lentis argenti: et talento auri. Regēq̧ ↄſti
tuit pharao nechao heliachim filium ioſie
ꝓ ioſia patre eiꝰ: v̄titq̧ nomē eiꝰ ioakim:
porro ioacham tulit et duxit in egiptū. Ar
gentū aūt et aurū dedit ioakim pharaoni
cū indixiſſet t̄re ꝑ ſingulos: vt ↄferret̄ iux-
ta ꝑceptū pharaonis. Et vnūquēq̧ iuxta
vires ſuas exegit tam argentū quā aurū
de ꝑplo t̄re: vt daret pharaoni nechao. Vi
gintiq̄nq̧ ānorꝫ erat ioakim cū regnāe ce
piſſet: et vndecim annis regnauit in ihrlm
Nomē mr̄is eiꝰ zebida: filia phadaia de ru
ma. Et fecit malū corā dño: iuxta omnia q̄
fecerāt patres eiꝰ. CA XXIIII.

N diebꝫ eius aſcendit nabuchodonoſor rex
babilonis: et factꝰ eſt ei ioakim ſuus tribꝫ
ānis: et rurſū rebellauit cōtra eū. Immiſit
q̧ ei dñs latrūculos caldeorꝫ ⁊ latrūculos
ſirie et latrūculos moab. et latrūculos fi-
liorꝫ āmon: et immiſit eos in iudā vt diſper
derēt eā iuxta verbū dñi qđ locutus fuerat
ꝑ ſuos ſuos ꝓphas. Factū ē aūt hoc ꝑ v̄bū
dñi ↄt iudā vt auferret eum corā ſe. ꝓpter
pc̄ta manaſſe vniūſa q̄ fecit et ꝓpter ſang-
uinē innoxiū quē effudit: et impleuit iheru
ſalē cruore inocētiū: et ob hāc rem noluit
dñs ꝓpiciari. Reliq̄ autē ſmonū ioakim et
vniuerſa que fecit: nōne hec ſcripta ſunt in
libro ſmonū dierꝫ regū iuda? Et dōmiuit
ioakim cū p̄rībꝫ ſuis: et regnauit ioachim
filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Et vlt̄ nō addidit rex egip-
ti vt egrederet̄ de t̄ra ſua. Tulerat eīm rex
babilonis a riuo egipti vſq̧ ad fluuiū eu-
fraten. oīa q̄ fuerāt regis egipti. Decem
et octo ānorꝫ erat ioachim cū regnare ce-
piſſet: et tribꝫ mēſibꝫ regnauit in iheruſalē
Nomē mr̄is eiꝰ noeſcha filia helnathan de
ihrlm. Et fecit malū corā dño: iuxta oīa
q̄ fecerat pat̄ eiꝰ. In t̄pe illo aſcēderūt ſui
nabuchodonoſor regis babilonis in ihrlm:
et circūdata ē vrbs municōibꝫ. Venitq̧
nabuchodonoſor rex babilonis ad ciuitatē

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cū ſuis ſuis: vt oppugnarent eā Egreſuſq̨
eſt ioachim rex iuda ad regē babilonis ipe
⁊ matˀ eiꝰ ⁊ ſui eiꝰ ⁊ pͥncipes eiꝰ ⁊ eunuchi
eius: ⁊ ſuſcepit eū rex babilonis anno octa
uo regni ſui. Et ꝓtulit inde oīs theſauros
domꝰ dn̄i et theſauros domꝰ regie: et cōci
dit vniuerſa vaſa aurea q̄ fecerat ſalomon
rex iſrl̄ in tēplo dn̄i iuxta verbū dn̄i: et trā
ſtulit om̄em ihrl̄m. ⁊ vniūſos pͥncipes ⁊ om
nes fortes exercitus decē milia in captiui
tatē et om̄em artificē ⁊ incluſorē: nichilq̨
relictū eſt exceptis paupibꝫ ꝑpli t̄re Tran
ſtulit q̨ꝫ ioachim in babilonē: ⁊ mr̄em regis
et vxores regis et eunuchos regis et iudi-
ces t̄re duxit in captiuitatē de ihrl̄m in ba-
bilonē. et oīs viros robuſtos ſeptē milia.
et artifices et incluſores mille. om̄es viros
fōtes ⁊ bellatores: duxitq̨ eos. rex babilo
nis captiuos in babilonē. Et cōſtituit ma
thathiā patruū eiꝰ ꝓ eo: impoſuitq̨ nomē
ei ſedechiā. Viceſimū ⁊ pͥmū ānū etatis ha
bebat ſedechias cū regnare cepiſſet: et vn-
decim annis regnauit in ihrl̄m. Nomē ma-
tris eiꝰ erat amithal: filia iheremie de lob
na. Et fecit malū corā dn̄o iuxta om̄ia q̄ fe
cerat ioachim. Iraſcebatˀ em̄ dn̄s ꝯtra ihe-
ruſalē et ꝯtra iudā: donec ꝓiceret eos a fa
cie ſua. Receſſitq̨ ſedechias a rege babilo
nis.:.

## CAPITVLVM .XXV.

Actū eſt aūt anno nono regni eiꝰ
menſe decimo decima die mēſis ve
nit nabuchodonoſor rex babilonis
ipē et oīs exercitus eius in ihrl̄m ⁊ circū
dederūt eā: et extruxerūt in cir cūitu eiꝰ mu
nitōnes. Et clauſa eſt ciuitas atq̨ valla-
ta: vſq̨ ad vndecimū annū regis ſedechie
nona die menſis Preualuitq̨ fames in ciui
tate: nec erat panis ꝑplo t̄re. Et inrupta
eſt ciuitas: ⁊ om̄es viri bellatores nocte fu
gerūt: ꝑ viā porte q̄ eſt int̄ duplicem muꝝ
ad ortū regis. Porro caldei obſidebāt i cir
cūitu ciuitatē. Fugit itaq̨ ſedechias: per
viā q̄ ducit ad cāpeſtria ſolitudinis. Et per
ſecutꝰ eſt exercitus caldeoꝝ regē: ꝯprehē
ditq̨ eū in planicie ihericho: et om̄es bella-
tores q̄ erāt cū eo diſperſi ſunt et reliq̄runt
eū. Apprehēſum ḡ regē duxerūt ad regem
babilonis in reblatha: qui locutꝰ eſt cū eo
iudiciū. Filios aūt ſedechie occidit coram
eo: et oculos eiꝰ effodit: vinxitq̨ eū cathe
nis et adduxit in babilonē. Mēſe qͥnto ſep
tima die menſis ipē eſt annꝰ nonuſdecimꝰ
regis babilonis venit nabuzardā princeps
exercitus ſuus regis babilonis in ihrl̄m et
ſuccēdit domū dn̄i et domū regis et domos
ihrl̄m: om̄emq̨ domū ꝯbuſſit igni: ⁊ muros
ihrl̄m in circūitu deſtruxit oīs exercitus
caldeoꝝ q̄ erat cū pͥncipe militū Reliq̄ aūt
ꝑpli ptem q̄ remāſerat in ciuitate. et perfu
gas q̄ trāſfugerūt ad regē babilonis. ⁊ re
liquū vulgꝰ trāſtulit nabuzardā pͥnceps
militie: ⁊ de paupibꝫ t̄re reliq̄t vinitores ⁊
agricolas: colūnas aūt ereas q̄ erāt i tem
plo dn̄i et baſes et mare ereū qđ erat in do
mo dn̄i ꝯfregerūt caldei: et trāſtulerūt es
om̄e in babilonē. Ollas q̨ꝫ ereas ⁊ trullas.
et tridētes. et ſciphos. ⁊ mortariola. et oīa
vaſa erea. in q̄bꝫ miniſtrabāt tulerunt: nec
non et thuribula et fialas. Que aurea au-
rea. et q̄ argētea argētea. tulit pͥnceps mi
litie: id eſt colūnas duas. mare vnū ⁊ baſes
quas fecerat rex ſalomon in tēplo dn̄i. Nō
erat pōdus eris. oīm vaſoꝝ. Decē et octo
cubitos altitudinis habebat colūna vna. ⁊
capitellū ereū ſup ſe altitudinis triū cubi-
torū: et retiaculū et malagranata ſup ca-
pitellū colūne: om̄ia erea. Similē ⁊ colūna
ſcđa habebat ornatū. Tulit q̨ꝫ pͥnceps mi-
litie ſaraiā ſacdotē pͥmū. et ſophoniā ſacdo-
tem ſcđm. et tres ianitores et de ciuitate
eunuchū vnū q̄ erat ꝑfectꝰ ſup bellatores
viros: et q̄nq̨ viros de hijs q̄ ſteterāt corā
rege quos reperit in ciuitate: et ſopher pͥn
cipē exercitus q̄ ꝓbabat tyrones đ populo
terre: et ſex viros e vulgo q̄ inueti fuerāt i
ciuitate. Quos tollēs nabuzardan pͥnceps
militū duxit ad regē babilōis in reblatha:
ꝑcuſſitq̨ eos rex babilonis et interfecit eos i
reblatha in terra emath Et trāſlatꝰ eſt iu
da de t̄ra ſua. Populo aūt q̄ relictꝰ erat in
terra iuda quē dimiſerat nabuchodonoſor
rex babilonis ꝑfecit godoliā filiū aichan fi
lij ſaphan. Quod cū audiſſent om̄es duces
militū ipi et viri q̄ erāt cū eis videlicet qđ
ꝯſtituiſſet rex babilonis godoliā: venerūt ad
godoliā in maſpha iſmahel filiꝰ nathanie ⁊
iohannā filius caree et ſaraia filius thana-
meth netophatites. et iezonias filiꝰ maa-
chati: ipi et ſocij eoꝝ. Iurauitq̨ godolias
ipis ⁊ ſocijs eoꝝ dicēs Nolite timere ſuire



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg